Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

C ante V

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

de Ling. Lat. Cruſtulum à cruſta pultis, eò quòd ut corium cruriur, Cruſta dicta.

Cruſtumini, Pyra ſunt ex parte rubentia, *Glaciola* nunc dicta à Cruſtumino agro, qui Tyberi fluvio à Vejenti dirimitur, ſic appellata. De his Plinius libro 15. cap. 15. & lib. 23. cap. 7. Item Colum. lib. 5. cap. 10. & libro 12. cap. 10 Virgil. Cruſtumia pyra vocat, 2. Georg. Cruſtumiis, Syriiſq; pyris gravibuſque volemis.

Crux, cis, f. t. Tuſca, patibulum in quo damnati figuntur, dicta à cruciando, quod eſt ferire, pulſare. [צלב *bets. σταυρός*. Gal. *Croix, gibet, tourment, affliction.* Ita. *Croce.* Ger. Ein Creutz. Bel. Een Cruyſſ. Hiſpan. *La cruz.* Polon *Krzyz, ſzubienica.* Vngar *Kereſzt fa, akaſztofa.* Ang. *A croſſe, a gibbet or gallowſe, affliction.*] Plaut. in Cur. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Cic. 7. Verr. Statim deinde juſſu prætoris in crucem eſſe ſublatum. ❡ Crux etiam dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terent. in Evnuch. Et illis crucibus, quæ nos, noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatam. Hanc veteres Gabalum vocavère. Varro: Nos barbari, quòd innocentes in Gabalum ſuffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios abſolvitis. ❡ Crucis Chriſti encomion lege apud D. Chryſoſtomum in Oratione contrà gentes, quod Chriſtus ſit Deus, *&c.*

Crucio, as, a. p. Torqueo, affligo, Excrucio. [העציב *hinetsir* הכאיב *hichib. αἰκίζω.* Gal. *Tourmenter, affliger.* Ital. *Affligere, tormentare.* German peinigen/marteren. Hiſ. *Atormentar ò fatigar.* Pol. *Dręczyć.* Vng. *Kinozom, gyötröm.* An. *To tormente, to afflicte.*] Plautus in Bacch. Vt ipſus ſe cruciat ægritudine. Terent. in Evnuch. Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. Cicer. de Arusp. Dolore capitis cruciatur & conſumitur.

Cruciatus, tus, m. q. Tormentum, afflictio. [דאבון *deabah. βάσανος.* Gal. *Tourment, affliction.* Ital. *Afflittione.* Ger. Pein/plag/marter. Hiſp. *Tormento.* Pol. *Dręczenie, meka.* Vng. *Kin, gyötrelem.* Ang. *Torment, affliction, paine.*] Cic. Offic. 3: Dionyſius maximo cruciatu mortis aegritudinis eſt.

Cruciamentum, a f. ejuſdem ſignificationis. [Polon. *Vtrapienie.* Vng. *Kinzodalom.* Ang. *Torment, paine.*] Cicer. Philip. 6: Nec graviora ſunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum.

Cruciabilis, le, [βασανιστικός, πιεστικός. Vngar. *Kinos.*] Apul. de Aſin. aur. libro 10: Sed illo cruciabili ſilentio diutiſſimè ſatigata.

Cruciabilitas, tatis, f. t. [βασανιστικότης, πιεστικός. Gal. *Tourment.* Ital. & Hiſpan. *Tormento.* German. Peinigung/marter. Polon. *Trapienie.* Vng. *Kinzás, kinlodás.* Ang. *Tormente.*] Plaut. Ciſtel. Qui omnes homines ſupero, atque antideo cruciabilitatibus.

Cruciabiliter, adverbium. [βασανιστικῶς, πιεστικῶς. Gal. *En grand tourment.* Ital. *Crudelmente, in gran tormento.* German. Peinlich. Hiſpan. *Con mucho tormento.* Pol. *Z utrapieniem.* Vng. *Kénnyal, gyötrelmmel, kinozási kinppen.* Angl. *With great torment.*] Hirt. 1. belli Afric. Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti.

Crucifixius, a, um. [Vng. *Kirzemelto.*] Cruce dignus, apud Apuleium de Aſino aureo lib. 10.

Crucifigo, is, xi, a. t. in crucem tollo. [תלה *talah. ἀνασταυρόω, σταυρόω.* Gal. *Crucifier, attacher contre une croix ou un gibet.* Ital. *Inchiodare in una croce, crucifigere.* Ger. Creutzigen/oder an ein Creutz hefften. Hiſp. *Crucificar.* Pol. *Na krzyż przybijam, krzyżuje.* Vng. *Meg feſziteni.* An. *To hange on a gibbet or gallowſe.*] Sueton. in Domit. Auctorem ſummotum pridie quàm crucifigeret, in cubiculū vocavit. Plin. lib. 8. cap. 16: Eaque de cauſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione. Quint. li. 7. c. 2: Invenerunt ducem crucifixum. Sueton. in Domit. cap. 10: Librarüs etiam qui eas deſcripſerant crucifixis.

Crucium vinum, inſuave, quod bibendo cruciet. Alii legunt apud Celſum cruciatum, pro acerbo & auſtero.

Crymodes, febris quæ pulmone ſacris ignibus correpto, provenit.

Crypſorchis, Eſt ſenſus teſticuli, vel teſticulorum.

Crypta, f. p. [מערה *mahara̋h, κρυπτή.* Gal. *Une foſſe creuſe, comme une cave ſous terre.* Ital. *Grotta.* German. Ein Gruben/ein Gewelb under der Erden. Hiſpan. *Gruta, ſoveua ſoterranna.* Pol. *Gruba, ſ ...* Vngar. *Pincze, verem, lyuk pincze.* Ang. *An holowe place or vault under the earth.*] Caverna, vel teſtudo ſubterranea, vel in monte excavata: à κρύπτω, occulto. Iuven. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ.

Crypticus, a, um. [κρυπτικός. Gal. *Secret, occulte, fidele.* Ital. *Occulto, fidele.* Ger. Das verborgen iſt under der Erden. Hiſ. *Soterranno, encubierto, fiel.* Pol. *Zkrity pod ziemia.* Vng. *El rejtetet, el ſſatot.* Ang. *Secret, hidde, cloſe.*] Significat occultum & ſubterraneum. Sidonius: Potens antiquitus crypticis arcubus fornicavit. Iulius Firmicus Crypticos homines appellat, ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

Cryptoporticus, Nomen compoſitum ex Græco Latinoq; & ſignificat ſubterraneum porticum, cum amplis feneſtris, qua refrigerandi gratia per æſtatem utimur. [Pol. *Chlodnik.* Vn. *Föld alat valo hivesház.*] ❡ Poteſt etiam dici Porticus undique ſepta & quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquā ſubterranea. Plin. in Epiſt. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget contentaq; aëre ſuo, nec deſiderat auras, nec admittit.

Cryſtallus, fœm. gen. f. [זכוכית *zechuchith, κρύσταλλος.* Gal. *Criſtal.* Ital. *Cryſtallo.* Germ. Ein Cryſtall. Hiſpan. *Cryſtal.* Pol. *Kryſztal.* Vn. *Kriſtaly.* Ang. *Criſtall.*] & Cryſtallum, neutri. f. Gemma candida & pellucida, ita dicta ἀπὸ τοῦ ... κρύους: hoc eſt, ab eo quod gelu contrahatur. Plin. lib. 37 cap. 2: Contraria huic cauſa cryſtallum facit, gelu vehementiore côcreto. Nec alibi certè reperitur, quàm ubi maximè hybernæ nives rigent: glaciemq; eſſe certum eſt: unde & Græci nomen dedére. Hæc ille.

Cryſtallinus, a, um, pen. corr. Quod eſt ex cryſtallo. [κρυστάλλινος. Gal. *Cryſtallin, qui eſt de cryſtal.* Ital. *Cryſtallino, che è di cryſtallo.* Ger. Cryſtallin/von Cryſtall gemacht. Hiſ. *Cryſtallino, coſa de cryſtal.* Pol. *Kryſztal'owy.* Vng. *Kriſtalybol valo.* Ang. *Of Criſtall.*] Iuvenalis: Grandia tolluntur cryſtallina, maxima ruſſus Murrhina, deinde adamas notiſſimus, & Berenices In digito factus pretioſior.

C ante T.

CT. In notis antiquorum, cauſa, vel caput, vel civitatis. CTR. M. citra mirum. CTR. cæterum, vel civitatis Romanæ. CTO. contrarium, vel contractum. CT. V. O. A. B. civitas vitę omnia aufert bona. CT. R. AE. civitas Rom.

Ctenes, [κτένες. Germ. Die vier vorderſten Zeen/Schrecffzeen oder Schauffelzeen. Pol. *Przednie zeby.* Vng. *Negy elsö elei fog.* An. *The foure fore teeth.*] Quatuor ſunt dentes anteriores, à cibo concidendo dicti: unde & τομεῖς appellantur: Latini Primores appellant. Græci etiam γελασῖνοι, quòd inter ridendum detegantur. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 1.

Ctenarii, [κτηνιατροί. German. Vichartzet. Vn. *Barom gyogyito oruoſok.*] Sunt medici jumētorum & pecorum, quaſi mulomedicos quis dixerit. κτῆνος enim Græci jumentū appellant, nonnunquam etiam pecus immolationi aptum, παρὰ τὸ ... Firmicus: Centauro oriente, qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorum nutritor, aut mulomedicus, aut equarius. Hunc Columella & Varro Veterinarium vocant: Vulgus *Mareſchalkum.*

C ante V.

C. V. In notis antiquorum, Centum virûm: vel Claſſicus vir: vel, Caſa virginum. C. V. clariſſimo viro. CIV. cujus. CIIV. civitas. CVL. cultores. CVR. curiarum, vel curiorum, vel curſor. C. X. I N. A R G. cubitos decem invenies argentum. C. X X. I V. A V R. M. cubitos viginti invenies aurum mirabile.

Cuba, Sabinis vocatur, quam militares Lecticam: unde videtur derivatum eſſe Cubiculum. Feſtus.

Cubatus, Cubiculare, Cubile, Vide CVBO.

Cubitus, ti, vel Cubitum, n. ſ. Curvatura brachii, ubi lacerto jungitur. [אמה *ammah. πῆχυς, ἀγκών.* Gal. *Coude, ou coudee qui contient pie & demi.* Ital. *Gomito, braccio da miſurare.* Ger. Einbogen. Hiſpan. *Codo del braço, ò codo de medir.* Polon. *Lokiec.* Vng. *Konyök, kar.* Ang. *The elbowe, the arme frome the elbowe forwarde, a cubite.*] Plautus Stich. Cubitis depulſa de via. ❡ Inniti cubito, Virgilius 4. Aeneid. Oſſa ingentia cubiti, Ovidius 12. Metamorphoſ. ❡ A' medicis tamen Cubitus vocatur os illud brachii, cui innitimur, quod ab ima manu ad brachii curvaturam extenditur. Sunt enim in ea parte brachii duo oſſa, quorum inferius Cubitum, ſuperius Radium vocant. ❡ Cubito emungens, ἀγκῶνι ἀπομυττόμενος. Proverbialis ironia in hominem ſordidi quæſtus & conditionis abjectæ. A' ſalſamentariis ducta, quibus mos eſt narium mucum cubito abſtergere, nimirum manibus muria ſalſugine oppletis. ❡ Accipitur etiam pro menſura cubiti, quantum à cubito brachii uſque ad extremam manum eſt. Plin. lib. 7. cap. 16: Invenimus in monumentis Salamiam Euthimenis filiam in tria cubita triēnnio adoleviſſe. Conſtat autem cubitum ex ſex palmis: hoc eſt, digitis viginti quatuor: ut autor eſt Vitruv. li. 3: Seſquipes enim: hoc eſt, pes unus cum dimidio, facit cubitum. Pes eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro: cubitus quarta. ❡ Eſt præterea Cubitus regius, qui major eſt communi cubito tribus digitis, ſicut refert Herodotus lib. 1. ❡ Eſt & Cubitus geometricus, qui tantum valet, quantum ſex noſtra cubita, ut Origenes, Auguſtinuſq; tradiderunt. ❡ Eodem cubito, αὐτῷ πήχει: hoc eſt, eadem regula, eadem menſura. ❡ Iuxta cubitum profecit, κατὰ πῆχυν ἐπιδίδωσι. De eo dicebatur, qui promotus eſſet ad meliora: ſive quum quis ordine legitimo progreditur: ſive quum magnis proficit acceſſionibus. ❡ Homo tredecim cubitorum, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς, de inſigniter procero corpore, ignavo & inutili. Theocritus.

Cubitalis,

Cubitalis, & hoc cubitale, adjectivum, quod eſt longitudinis unius cubiti: [[illegible]. Gal. *D'vne coudee de haut.* Italice. *Alto vn cubito.* German. Einbögig / eines Einbogens hoch. Hiſpan. *Coſa de medida de vn codo.* Polon. *Nal'okiec wyſoky.* Vngar. *Kar fingni.* Ang. *Of a cubite in meaſure or in lenght.*] ut, Herba cubitalis apud Plinium. Cavea cubitalis, apud Livium: id eſt, uno cubito alta.

Cubitale, lis, per apocopen Cubital, Cubiti ornamentum. [[illegible]. Gal. *Dequoy on ſoulage le coude.* Ital. *Coſa di vn cobito.* Ger. Ein geziert der Einbogen. Hiſ. *Armadura del codo.* Pol. *Łokcie.* Vng. *Kar ekeſſeg.* Ang. *A ſleeve for the arme frome the elbowe downeward.*] Horat. in Serm. ponas inſignia morbi Faſciolas, cubital, focalia.

Cubo, as, bui, bitum (quamvis Cubatio, non Cubitio) cubare. [שכב *ſchachab.* [illegible]. Gal. *Se coucher, eſtre couché.* Ital. *Giacere, eſſer coricato, coricarſi.* Ger. Ligen/ſchlaffen. Belg. Ruſten/ſlapen. Hiſp. *Yazer.* Pol. *Spie leżec.* Vng. *Lefekſzem.* Ang. *To lie downe or be layed.*] Sicut & ejus compoſita, quæ tàm primæ, quàm tertiæ conjugationis inveniuntur: ut, Accubo, as, & Accumbo, is: Decubo, as, & Decumbo, is: Incubo, as, & Incumbo, is: Recubo, as, & Recumbo, is: Occubo, as, & Occumbo, is. Virgilius: nec adhuc crudelibus occubat umbris: id eſt, jacet mortuus. Idem: Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. Secubo, as, & Secumbo, is, quod eſt, ſeorſum & ſeparatus cubo. Propert. Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Livius libro 39: Per jocum adoleſcentem vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet: religionis ſe cauſa, ut voto pro valetudine ſua facto liberetur. Habet tamen Cumbo aliqua compoſita, quæ non habet Cubo, ut Diſcumbo, quod eſt cibi capiendi gratia jaceo, non Diſcubo: Procumbo, non Procubo. Similiter Cubo habet aliqua compoſita, quæ non habet Cumbo: ut, Excubo, non Excumbo: Supercubo, non Supercumbo. Eſt autem Cubare, jacere: ut, Cubare in lecto, Plautus. Cubare in ſpecu, Plinius. ¶ Cubare in faciem, eſt cubare ſupinum, apud Iuvenal. ¶ Et abſolutè apud Cic. 5. in Verr. Quum iſte etiam cubaret in cubiculum introductus. Sic, Ire cubitum, & Surgere cubitu, Cat. ¶ Dicitur & de ægrotis. Horat. cubat hic in valle Quirini: id eſt, ægrotat, ſicut interpretes exponunt. Cicer. 2. Tuſcul. Itaque narrabat eum graviter & copioſè, de hoc ipſo, nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputaſſe. Columel. libro 7. cubitorem bovem appellat, qui ſæpè decumbit ex pertinaci contumacia: quod quidem vitium fame & ſiti tollendum eſſe cenſet, non igni aliiſve tormentis.

Cubito, as, n.p. frequentativum, Sæpè cubo. [[illegible]. Gal. *Se coucher ou eſtre couché ſouuent.* Italice. *Dormire nel letto.* German. Stätig/ oder oft ligen / ſchlaffen. Hiſpan. *Dormir en la leche.* Polon. *Vilamieżywe ſpie.* Vngar. *Fekdegelem, gyakran le fekſzem.* Angl. *To lie often.*] Cicer. pro Cælio: Et propter nocturnos quoſdam inanes metus, tecum ſemper puſio cum majore ſorore cubitavit. Plaut. Pſeud. Tune etiam cubitare ſolitus es in cunis puer?

Cubatus, us, m. q. Cubandi, ſive dormiendi actus. [משכב *miſchcháb.* [illegible]. Gallicè. *Couchement, repos de nuict.* Ital. *Il giacere, il ripoſarſi.* German. Das ligen/ſchlafen. Hiſpan. *Yaſija ò eſtada en la camara.* Polon. *Leżenie, ſpanie.* Vngaricè. *Fekués.* Ang. *A lying or reſting.*] Idem libro 10. cap. 57: Medicina infame, & cubatus in fumo.

Cubile, pen. prod. Lectus, quòd in eo cubetur. [מטה *mittáh* ערש *hereſch.* [illegible]. Gal. *Lit, lieu à ſe coucher ou dormir, nid, taniere.* Ital. *Letto.* Germ. Ein Beth. Belg. Ein Bedde. Hiſp. *Lecho, ò cubril propeio lugar de las fieras.* Pol. *Łoże.* Vng. *Agyas hàz, kamora.* Ang. *A bedde or couche.*] Cic. 2. Tuſcul. Abducet Patrocles, credo, ut collocet in cubili: ut vulnus obliget. Idem 5. Tuſc. Terra cubile erat Anacharſi. ¶ Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. Quint. lib. 2. cap. 16: Moliri cubilia ferarum. Cic. de Nat. deor. Deliteſcunt cubilibus beſtiæ. ¶ Dicitur & de ſtructura. Plin. li. 35. cap. 14: Ea, *inquit*, maxima moles fuit, nec ſedit in cubili. Vtitur hac voce & Vitruv. lib. 2. in eadem ſignificatione. ¶ Cubile ſalutatorium dicitur, in quo ſimulachra deorum imponi ſolent: quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin. lib. 15. cap. 11: Omnia jam & virorum ſalutatoriis cubilibus incluſa.

Cubiculum, n. ſ. Locus ubi cubile & lectus poſitus eſt. [חדר *chedhér.* [illegible]. Gal. *Chambre à coucher ou dormir.* Ital. *Camera.* Germ. Ein Schlafkammer / ein ort da viel Betth ſtehen/auff welchen man ſchlafft. Hiſpan. *Camera donde dormimos.* Pol. *Komnata do ſpania.* Vng. *Kamorácska, agyas házacska.* Ang. *A chamber to lie and ſleepe in.*] Seneca ad Lucil. Quid proſunt multa cubicula? in uno jacetis. Cicer. 5. in Verr. In cubiculum introductus.

Cubicularius, Qui in cubiculo miniſtrat, Cubiculi miniſter. [[illegible]. Gall. *Chamberlant, valet de chambre.* Ital. *Cameriere.* German. Ein Kämmerling/ ein Diener ſo auff die Schlafkammer wartet. Hiſp. *Camarero, guarda de la camara.* Pol. *Odźwierny.* Vng. *Komornyk.* An. *A groome of the chamber.*] Cic. 5. in Ver. Hunc veſtri janitores, hunc cubicularii diligunt. Suet. in Domit. ca. 17: Et Saturius decurio cubiculariorum.



Cubicularis, & hoc Cubiculare, Quod ad cubiculum pertinet. [[illegible]. Gal. *De chambre.* Ital. *Di camera pertinente à camera.* Germanicè. Das zu der Schlafkammer gehört. Hiſpan. *Coſa para camara.* Polon. *Ł'ożnicży, do komory prżynależący.* Vngar. *Kamorához valo.* Ang. *Pertaining to a chamber.*] ut, Veſtis cubicularis, qua in cubiculis utimur: &, Cubicularis lectus, apud Cicer. 5. Tuſcul. ¶ Cubicularis, pro cubiculario. Suet. in Nerone, cap. 38: Incendit urbem tàm palàm, ut plerique Conſulares, cubicularesque ejus cum ſtuppa tædaque in prædiis ſuis deprehenſos non attigerint. Quædam exemplaria legunt cubicularios.

Cubicularius, aliud adjectivum. [[illegible]. Vng. *Kamorabéli.*] ut, Cubicularia lucerna, Martial. lib. 14.

Cubicularii, Qui cubiculo, vel ad limina aſſident. [Vng. *Kamora ſzolgák.*] Alphenus hos numerat inter eos, quos uſus ſui cauſa paterfamilias habet, ad finem l. in lege cenſoria. ff. de verb. ſignific.

Cubitor, cubitoris, m. t. nomen. [[illegible]. Pol. *Oſpalca.* Vn. *Fekuó.*] Colum. lib. 6: Cubitorem bovem appellat, qui ſæpè decumbit ex pertinaci contumacia. Quod quidem vitium fame & ſiti tollendum eſſe cenſet, non igni aliiſve tormentis.

Cubus, m. ſ. [[illegible]. Gal. *Figure quarrée de tous coſtez, quarreau.* Ital. *Ciò che ha la figura quadrata.* Germ. Ein ding das an allen orten gleich gevierett iſt/ als ein Würffel. Hiſp. *Coſa quadrada, como el dado.* Pol. *Cżworo graniaſty.* Vng. *Négyſzegü.* Ang. *A figure that is ſquare on all partes as, a dice.*] Eſt figura ex omni latere quadrata, quales ſunt teſſeræ, quibus in alveolo luditur, quæ etiam [illegible] à Græcis ſunt appellatæ. ¶ In numeris etiam Cubus dicitur, quum omne latus ejuſdem numeri æqualiter in ſe ſolvitur: ſicut fit quando ter terna dicuntur, atque idem ipſe numerus triplicatur.

Cucubo, as, pen. corr. Proprium eſt vocis noctuæ. [[illegible]. Gal. *Huyer comme vn hibou ou chahuant.* Ital. *Gridare, come la ciuetta.* Ger. Wigien oder heulen/ſchreyen wie ein Nachteul. Hiſ. *Cantar la lechuza.* Pol. *Puham.* Vn. *Huhúgatok, buhúgatok, bagoly módjára huhugatok.* Ang. *To crie like an owle.*] Vt in carmine de Philomela, quod falſo Ovidio aſcribitur: Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cucuba, Vide ſcopes.

Cucullio, Eſt (ut Capitolinus docet) genus pilei viatorũ, quo capite obtecto, vagari nocte ſolent. [[illegible]. Gal. *Coqueluchon, vn chapeau ou couverture de la teſte pour la nuit.* Ital. *Capello ò cappa portata in capo per la pioggia ò altramente.* German. Ein Nachthaub die man braucht ſo man wandert. Hiſp. *El papahigo ò capirote.* Pol. *Kaptur.* Vn. *Tſuklya, kápa.* An. *An hoode.*] Cato de Re ruſt. ca. 2, videtur oſtendere veſtis ruſticę genus fuiſſe, qua operæ adverſus tempeſtatum injuriam tegebantur: Quum tempeſtates (*inquit*) pluviæve fuerint, videto quot dies, quæ opera per imbrem fieri potuerint, dolia lavari, picari, villam purgari, fines veteres ſarciri, novosq́; fieri: centones cucullionesve familiam oportuiſſe ſibi ſarcire.

Cuculus, m. ſ. ſimplici c, & unico l ſcribendum eſt, & ſemper mediam producit, teſte Eraſmo in adagio, Cuculus. [[illegible]. Gal. *Cocu ou coucou.* Ital. *Cuculio vcello.* German. Ein Gauch / Guckguck. Belgice. Ein Coeckoeck. Hiſpan. *Cuclillo ave.* Pol. *Kukułka, gżegżołka.* Vng. *Kakuk, (madár) kakuk.* Ang. *A cuckow.*] Horat. in Sermon. cui ſæpè viator Ceſſiſſet, magna compellans voce cuculum. Martialis tamen penultimam corripuit: Quanvis per plures cuculus cantaverit annos. ¶ Eſt autem Cuculus avis notiſſima, quæ in aliarum avium nidis ova parit, quòd ſciat ſe omnium avium generi eſſe odioſam, neque confidat pullos in ſuo nido tutò futuros. Quare non video quid Gallis venerit in mentem, qui adulteræ maritum Cuculum vocant, cui multò rectiùs Curruccæ nomen conveniat, quæ aliena ova pro ſuis fovet. Plautus certè in Aſinar. Cuculum vocat adulterum, quòd ſcilicet ex alienis uxorib. liberos gignat, quos mariti pro ſuis educent. Plaut. Aſin. At etiam cubat cuculus: ſurge amator, i domum. Et paulò pòſt: Cano capite te cuculum ex luſtris rapit. ¶ Cuculus etiam piſcis eſt, [illegible]. Huic vocalitas tribuitur, ut lyrę Chalcidi & apro. Similis eſt mullo atque hirundini cui corpus rubrum excepto ventre candido: roſtrum incurvum atque acutum: Felle caret. Vide Lucerna.

Cucullus, gemino l, Genus veſtis eſt. [[illegible]. Gal. *Coqueluchon ou vne cape que les femmes portent pour ſe couurir durant la pluye.* Ital. *Veſte che ha il cappuzzino, ſcapulare.* German. Ein Kleid mit einem gugel oder kappen am Rucken. Hiſ. *Capilla de veſtidura, ò cogulla, el papahigo, ò capirote.* Pol. *Kapica.*

Vng.

Vng. *Tſüklyá, kápa.* Ang. *An hoode that women weare in tyme of rayne.*] Juven. Sat. 6: Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos. Vnde conſtat monachos noſtros malè uti hoc vocabulo Cuculla fœminini generis. Sunt qui accipiant pro nautico aut ruſtico tegmine, ad arcendas pluvias. Colum. Cultam veſtitamq; familiam magis utiliter, quàm delicatè habeat, munitam diligenter à vento pluviaque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel ſagis, aut cucullis. Juvenalis: Contentusq; illic Veneto duroque cucullo. ¶ Cucullus etiam pro tegmento papyraceo, quo pigmentarii utuntur, ſumitur. Martial. lib. 3: Vel thuris piperiſque ſis cucullus.

Cŭcullātus, a, um, Qui cucullo indutus eſt. [ὁ τὸ πτύλεν ἀμφιέχων. Pol. *Trukoni kapicę noſz.* Vngar. *Tſüklyás, kápás.* Ang. *That weareth ſuch an hoode.*] Colum. lib. 11. cap. 1.

Cŭcūmă, pen. prod. f. p. Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. [דוד *dudh.* ὁ κακκάβιον, λέβης, ὁ χαλκεῖον. Gal. *Paellon.* Ital. *Cucuma di ferro ò di rame.* German. Ein Keſſel. Belg. Een ketel. Hiſp. *Vaſo de cobre, como caldera à ſarten.* Pol. *Kocziel, garniec miedziany.* Vn. *üſt, vas fazék.* Angl. *A braſen pan to warme water in.*] Petron. Arbiter in Satyr. Frangitur cervix cucumæ, ignemque valeſcentem reſtinguit. ¶ Cucuma item appellatur tuguriolum exiguum in quo pauperiores habitabant. Martial. lib. 10: Torquatus nitidas Patio de marmore thermas Extruxit, cucumam fecit Otacilius. ¶ Budæus ſcribit Cucumam eſſe genus baculi ferrati. Juriſcon. ad legem Juliam de ſicariis: Sed & ſi clava percuſſerit, aut cucuma in rixa: quamvis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo, leniendam ejus pœnam.

Cŭcūmellă, f. p. diminutivum. [Vng. *Wödröke, vas ſzekacska.*] Vaſculi genus quod à forma cucumeris nomen ſuum invenit, ad eundem uſum ad quem & labra & cæteres paratum. Connanus. Alphenus l. ſi quando. ff. ſi ſervi vendi. Et Sejus in eo ſtylum ſcripſiſſet, neque non labra, crateras, cucumellas poſitas haberet, *&c.*

Cŭcŭmĕr, m. ſive Cucumis, pen. prod. cucumeris, ſive cucumis in genitivo, Herba eſt ſarmentis prælongis humi repentibus, & in ramos vitis modo ſe diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo, & ubi maturuerit, flavo maculis quibuſdam diſtincto, qui & ipſe herbæ fit cognominis eſt. [קשוא *kiſſhſhuá.* σικυός, ὁ σίκυος. Gal. *Concombre.* Ital. *Cucumero.* Ger. Cucumeren/iſt ein Frucht gleich den kleinen Kürbſen. Belg. Een Concommer. Hiſp. *Cohombro.* Pol. *Ogórek.* Vngar. *Vgorka.* Angl. *A cucumer.*] Varro lib. 4. de Lingua Latina, autor eſt, Cucumeres à Curvitate dictos, quaſi curvimeres. Vnde & Tortum Cucumerem vocat. Virgil. 4. Georg. -tortusq; per herbam Creſceret in ventrem cucumis. ¶ Plinius tria enumerat cucumerum genera, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum. vide ipſum lib. 19. cap. 5. ¶ Cucumis etiam piſcis eſt digiti craſſitudine & longitudine, tuberculis aliquot aſperſis, veluti in cucumere terreſtri parvo. Partes interiores indiſcretas habet, Plin. lib. 9. cap. 2: Rerum quidem non ſolùm animalium ſimulacra eſſe licet intelligere intuentibus uvam, gladiū, ſerras, cucumin verò & colore & odore ſimilē. Videli. 32. c. ult. ¶ Cucumis marinus Græcis ψόλοςpiſcis eſt ma nualibus à ſuperiori & Colybdena, preſſus aquā ejaculat̃ ſyphonis modo: Simillimus eſt cucumeri parvo figura ſolùm non odore nec colore oblongus eſt, quamvis angulis & ſuperficiebus inſignis, cujus digitalis craſſitudo, longitudo minor digito, ſinguli anguli tuberculorum, ut in cucumeribus gemina ſerie exarātur. Color rufus eſt, corio tegit̃ ut tethya.

Cŭcŭmis anguinus, ſive ſylveſtris, Herba eſt ſolo fructu à ſativo cucumere diſtans, quem multò minorem habet, glandibusque longiuſculis ſimilem. [σίκυος ἄγριος. Polon. *Ptaſzy ogorek albo pſzi ogorek.* Vngar. *Mezei vgorka.*] Officinæ Cucumerem aſininum appellant. Succum ejus Elaterium vocant, ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν hoc eſt, ab expellendo: ſiquidem & menſes mulierum menſtruos expellit, & gravidis abortum facit. Vide Plin. lib. 20. capite 1.

Cŭcŭmĕrārĭum, n. ſ. Locus cucumeribus conſitus. [מקשה *mikſhah.* σικυήλατον. Gal. *Le lieu où croiſſent les concombres.* Ital. *Luoco dove naſcano cucumeri.* Germ. Ein ort da viel Cucumeren gepflanzet ſeil. Hiſpan. *El cohombral.* Pol. *Mieſce ogorkami poſiane.* Vng. *Vgorkás hely.* An. *A place planted with cucumers.*] Cyprianus pro tugurio cuſtodiarum poſuit. Solet enim fieri tuguriolum, in quo cuſtos vigilanter obſervat ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cŭcŭmis, Genus piſcis ex genere concharum, cujus meminit Plin. lib. 32. cap. 11. Eſt etiam Cucumis ornamentum ex aurichalco, in modum lancis factum, quod habenis affigitur loriſve, quæ ex armis pendent, atque pectore equorum. Aliās pro vaſe apud Martialem.

Cŭcurbĭtă, æ, f. p. Herba hortenſis eſt notiſſima, etiam hodie in Officinis nomen retinēs, fructus magnitudine omnes tùm herbarum, tùm arborum fœtus exuperans. [κολοκύνθη. Gal. *Vne courge.* Ital. *Zucca.* Ger. Ein Kürbs. Belg. Een Counwoorde. Hiſpan. *Calabaza.* Polon. *Bania korbas.* Vng. *Tök.* An. *A gourde.*] Plin. lib. 19. cap. 5, duo ejus facit genera, Plebeium, quod humi repit: & Camerarium, facili flexibilique ramorum curvitate tecta, pergulas & teſtudines operiens. Verba ejus ſunt hæc: Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium, & Plebeium quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hæc omni modo faſtigiatur, vaginis maximè vitilibus, conjecta in eas, poſtquam defloruit. Creſcit qua cogitur forma, plerunque & draconis intorti figura: libertate verò penſili conceſſa, jam viſa eſt novem pedum longitudinis. Hæc ille. ¶ Aut cucurbitæ florem aut cucurbitam, ἢ κράμβην, ἢ κολοκύνθην. Id perinde valet quaſi dicas, Aut mortē, aut vitam: Aut lucrum, aut damnum: Aut victoriam, aut contrà. Græci cucurbitæ florem κράμβην appellant. Incertum autem utrum mox evaneſcat, an cucurbitam ſit paſſurus. ¶ Cucurbitas lippire, κολοκύνθας λημᾶν. In cæcutientes ac ſtupidos dicitur, præſertim in eos, qui ætatis vitio deſipiſcunt. ¶ Cucurbita ſanior, κολοκύνθης ὑγιέστερος. Suidas & Zenodotus pro adagio referunt: citatur ab Athenæo lib. 3. Hinc ductum proverbium, quòd cucurbita undique turgeat integra, nec nimis hians, nec vermiculis obnoxia. ¶ A fructus hujus ſimilitudine apud Celſum lib. 2. cap. 11: Cucurbitam, & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quæ nunc vulgò *Ventoſa* dicitur. Prima enim hujuſmodi vaſcula ex cucurbitis fiebant. Ait enim, uſus Cucurbitulæ præcipuus eſt, ubi non in toto corpore, ſed in parte aliqua vitium eſt. Ibidem: Cucurbitularum duo ſunt genera, Aeneum, & Corneum: ænea, altera parte patet, altera clauſa eſt: cornea, altera parte æquè patens: altera foramen habet exiguum, *&c.* Juvenalis Satyr. 14: -vacuumq; cerebro Iam pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærit.

Cŭcurbĭtŭlă, Vide CVCVRBITA.

Cŭcurbĭtĭnŭs, adject. ut Cucurbitina pyra dicimus, & Cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ ſimilitudinem. [κολοκυνθῖνος. Vn. *Tök formájára valo.*] Cato de Re ruſtic cap. 1.

Cŭcurbĭtārĭum, rii, Locus in quo ſeruntur cucurbitæ. [κολοκυνθών. Vngar. *Tök termő hely.* Anglicé, *A place wherein gourdes growe.*]

Cŭcurbĭtārĭŭs, Amator cucurbitarum. [φιλοκολόκυνθος. Vng. *Tök ſzerető.*]

Cucurīo, ris, ſecunda longa, n. q. Gallorum proprium eſt. [κοκκύζω. Gal. *Coqueter, comme quand le coq appelle les poules.* Ital. *Fare il verſo del gallo.* German. Kauteren oder gingen wie ein Han. Hiſ. *Cacarear el gallo.* Pol. *Pieye, krzyczę iako kur.* Vng. *Kukorikolok.* Ang. *To cock, or crie lik a cock when he gathereth the hennes.*] Autor carminis de Philomela, quod falsò Ovidio aſcribitur: Cucurire ſolet gallus, gallina gracillat.

Cūdo, is, cudi, act. 1. non cuſi (ut quibuſdam videtur) ſupinum facit, cuſum, unico ſ: ut Excudo, excudi, excuſum: nam Excuſſum, eſt ab excutio. Virg. 1. Aen. Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates. Vbi Servius Excudit: id eſt, feriendo elicit: nam Cudere, ferire eſt: [בוּר *tſür* חרש *charáſh.* κρούειν, κολάπτειν, τυπόω, ὁ χαράττειν. Gal. *Batre, fraper, forger, imprimer ſur metail.* Ital. *Battere, ſtampare, coniare.* German. Schlahen/ſchmiden. Belgice, Slaen ſchmeden. Hiſpan. *Herir, imprimir, cunnar.* Pol. *Kuie.* Vng. *Verök: w'rök.* An. *To ſtrike as ſmithes doe.*] unde & Incus dicitur, quòd illic aliquid cudamus: id eſt, feriamus. ¶ Cudi pecunia dicitur, quum illi ſignum principis vel reipublicæ imprimitur. Terentius in Heaut. Argentum cudo, quod tibi dem. ¶ Paſſivum protulit idem Terentius in Eunucho: Atenim in me iſthæc cudetur faba, quod eſt, in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Metaphora ducta eſt ab area, in qua fabæ triturantur: hoc eſt, ſiliquis ſuis excutiuntur. Ibi enim, quamvis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. Hujus compoſita ſunt Accudo, Excudo, Incudo, Procudo, & Recudo, quod eſt iterū cudo. Varr. Vt hi ſolent, qui vera metalla recudunt. Habent autem hæc omnia penultimam productam.

Cudo, onis, maſculini gen. Significat capitis tegumentum ex corio confectum, quo vice galeæ uti ſolent. [Vng. *Bőr ſüveg.* An. *An hoode of leather.*] Silius lib. 16: Scipio contorquens haſtam, cudone comantes Disjecit crines.

Cūjās, cujatis, m. 1. [ποδαπός. Gal. *De quel pays?* Ital. *Di qual patria? di qual natione? di qual ſetta?* German. Von wannen biſt? welches lands biſt du? Hiſpan. *De que tierra è renda?* Polon. *Zkąd ieſ?* Vng. *Honnan valo, miſſoda renden valo, miſſoda nemzet ſzi bbi vala?* Ang. *Of what countrey?*] Vnde & non tantùm patriam, gentem, nationemq; innuit (ut apud Cicer. 5. Tuſcul. Socrates quidem quum rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret: Mundanum, inquit. Totius enim mundi ſe incolam & civem arbitratur) ſed etiam partes & ſectam: ut, Cujates philoſophi vos eſtis: Stoicine, an Epicurei? Sic Noſtras & Veſtras. Cicero: Non ſolùm ea, ut iſta veſtra oratoria, ſed & hæc etiam levia noſtratia. ¶ Dicitur &



Cujatis

Cujatis communi genere: unde apud Plaut. frequenter legitur, Cujatis eſt, id eſt, cujus patriæ & gentis. Accius Telepho, ut citat Nonius: Qui neque cujatis eſſet, unquam potuimus, multa rogantes ſcire.

Cujus, cujā, cujum, adjectivum eſt per tria genera declinabile, id eſt, cujus: [[illegible]] Gal. *A qui eſt?* Ital. *Di chi?* German. Welches/oder weſſ? Hiſpan. *De quien?* Pol. *Czyi?* Vng. *Kié?* Ang. *Whom, to whome belongeth it?*] ut Meus, mea, meum. Refertur autem ad perſonam poſſeſſoris. Virgil. Aeglog. 3: Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Melibœi? Terent. in And. Cujum puerum hic appoſuiſti? dic mihi. Idem in Eunucho: Quid virgo, cuja eſt? Plaut. in Curc. Cujam vocem audio? ☞ Pro eodem interrogatus per Cujus, genitivum à Quis, quæ, quod, vel quid: ad quem reſponderat etiam in eodem caſu, præterquam in poſſeſſivis tam pronominibus, quàm nominibus. Vt quum quærimus, Cujus eſt hæc veſtis? reſpondemus mea, vel herilis. Cuja res eſt. Cic. 3. Verr. Vt optima conditione ſit is, cuja res ſit, cujum periculū. ☞ Cuja intereſt. Cic. pro Muræn. Ea cędes potiſſimùm crimini datur, ei cuja interfuit, non ei cuja nihil interfuit. ☞ Antiquitus Quojus ſcribebatur: ut eſt videre in emendatis Plauti exemplaribus.

Cujuſmodi. Vox eſt indeclinabilis, compoſita ex duobus genitivis, Cujus, à quis, & Modi, à modus. [[illegible]] Gal. *De quelle ſorte, ou de quelque ſorte.* Ital. *Di qual manera.* Ger. Auß welcher gattung/weldicher. Bel. Hoedanich. Hiſ. *De que en manera.* Polon. *Iaki.* Vng. *Minemü.* Ang. *Of what ſorte.*] Ponitur autem relativè, infinitè, interrogativè, & etiam admirativè. Plaut. in Men. Cujuſmodi homines erunt? E. Ego, & Menæchmus, & paraſitus ejus. Et aliter apud Cic. 2. de Invent. Quòd ſi hæc cùm ſummè inutilia, tùm multò turpiſſima ſint, legem, cujuſmodi ſit, in præſentia conſervari à judicibus: id eſt, *En la ſorte qu'elle eſt.* ☞ Pro eodem dicimus, Cujuſmodicunq; Cicer. pro Cluent. Nam illud me non præterit, cujuſmodicunque mater ſit, tamen in judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere: id eſt, *Qu' elle qu' elle ſoit.* Id Saluſtius diviſim enunciavit. Neque ſolùm cives, ſed cujuſcunq; modi genus hominum, quod modò bello uſui foret, *&c.*

Culcitrā, pen. corr. f. p. Non ſtragulum eſt, quo dormientes integimur, ut quidam perperam tradiderūt: ſed potiùs id quod plumis, tomento, floccis, aliâve materia fultum, dormituris ſubſternitur: pulvinus, lectulus. [[illegible]] Gal. *Conſtil de lit, ou lit de plume, de bourre, ou de laine.* Ital. *Letto, coltra, materazzo.* German. Ein Betth/ein Polſter oder Pfulwen mit Fäderen außgefült. Hiſp. *Colcedra, colchon, colcha.* Polon. *Pierzyk, materacz, ſpodnia pierzyna.* Vngar. *Párna* (& quibuſdam) *Paplan.* Ang. *The tike of a bed, a feather bed, a flock or wool bed.*] Nomen autem habet à calcando, ſive inculcando, quòd calcibus: hoc eſt, pedibus infarciatur. Cic. 4. Tuſc. Eripiamus huic ægritudinem, quomodo collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus. Idem ad Attic. lib. 13: Nam Silius culcitras non habet. Iuven. Satyr. 5: Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto, Vna ſumus, ait.

Culcitrulā, f. p. diminutivum. [[illegible]] Gall. *Vn petit conſil, un petit lit de plume.* Ital. *Picciola coltra, ò materazzo.* German. Ein Betthlein/ ein Pfulwelin. Hiſpan. *Pequenna colcedra.* Pol. *Pierzinka.* Vng. *Párnácska, paplancska.* Ang. *A little tike or featherbed.*] Plautus Moſtell. Is me ſuam quidem pol optat culcitrulam.

Culcitrulī, Faſciculus quidam ligneus in ſacris dicebatur. Feſtus.

Culēolī. Sunt cortices nucum viridium, ſimilitudine culeorū quibus oleum, aut vinum continetur. Hæc Feſtus.

Culēſt, pro cujas eſt, aut qualis eſt, veteres uſurparunt. Plaut. in Amph. Condignum ædepol donum, culeſt qui donum dedit. Ex Nonio.

Culēus, m. ſ. [שַׂק *ſak.* [illegible] Gal. *Vn ſac ou vaiſſeau de cuir.* Ita. *Sacco.* Ger. Ein Sack/ ein lädersack. Hiſp. *Sacco, la odrina.* Pol. *Bamachor gania, ſl'omik.* Vng. *Sák.* An. *A ſacke of leather.*] vel etiam Culeum, neutri generis, vel (ut alii ſcribunt) Culleum gemino l, Vter, ſive ſaccus ex lino, vel cannabe, vel corio factus, ab occulendo: id eſt, claudendo. Eo utimur ad portanda frumenta. Plin. lib. 7. cap. 20: Iunius valens metuit in prætorio divi Auguſti centurio, vehicula cum culeis donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus. ☞ Factus eſt etiam Culeus pœna parricidarū. Nam parricidæ ſanguineis virgis verberati, in culeo cum cane, ſimia, gallo, & ſerpenti incluſi mari injiciebantur. Vnde Iuvenalis: - quis tam Perditus ut dubitet Senecam præferre Neroni? Cujus ſupplicio non debuit una parari Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus. ☞ Vnde culeo dignum proverbialiter dicimus de homine enormiter ſcelerato. ☞ Eſt & Culeus nomen menſuræ viginti amphorarum capacis, vel quadraginta urnarum, ut eſt apud Plin. lib. 14. cap. 4. & Colum. lib. 3. cap. 1 ☞ Hinc Seſquiculeare dolium, apud Colum. eſt triginta amphorarum, quaſi culeum & dimidiatum.

Culex, m. t. [[illegible]] Gal. *Mouſcheron, tout petit ver ayant aiſles.* Ital. *Zanzara.* Germanice. Ein Muck oder Dräm. Hiſpan. *Mosquito.* Polon. *Komor.* Vngar. *Szúnyog.* Ang. *A gnat or flye.*] Vermiculus parvus, alatus: de cujus natura vide Plinium libro 11. cap. 2. Plaut. in Curc. Vt muſcæ, culices, pedeſq;, puliceſq; & cimices. Culicem Elephanti conferre, [illegible], dicuntur, qui minima maximis comparant, Libanius ad Caſilum.

Culignā, [[illegible]] Ger. Ein gattung eines Trinckgeſchirrs. Vn. *Tsésze.*] Potorium vas, teſte Feſto. Cato cap. 132. Iovi dapali culignam vini quantum vis polluceto. Idem alibi: Culignam in fœnogræco ponito, ut bene oleat.

Culīnæ, loca quædam publica in ſuburbanis dicebantur, inopum deſtinata funeribus: ut ait Aggenus in libro de Limitibus agrorum.

Culīnā, pen. prod. f. p. ut Varro de vita populi Romani ſcribit, dicta eſt ab eo, quòd ibi colebant ignem locupletiorem domus. [[illegible]] Gal. *Cuiſine.* Ital. *Cucina.* Ger. Ein Kuche. Belg. Een Kueken. Hiſp. *Cozina, lugar de cozinar.* Pol. *Kuchnia.* Vng. *Kohnya* (& negy) *konyha.* An. *A kitchin.*] Plaut. in Caſ. Senex in culina clamat, hortatur coquos. Iuvenalis continens pro contento poſuit, ſcilicet pro cibis coctis, quum inquit: ſequitur ſua quenque culina.

Culīnārius, m. ſ. [[illegible]] Vn. *Szakáts.*] & Culinor, aris, quod eſt Culinam exerceo, [illegible].

Culmēn, n. t. Vertex, faſtigium. [גַּב *gab* הָרֹאשׁ *harosh.* [illegible]] Gal. *Le feſte & ſommet d'une maiſon, le haut, le comble, la pointe.* Ital. *Colmo, petto, ſommità d'alcuna coſa.* Ger. Ein Gypffel eines Hauſes/die Firſt eines Stramtachs. Belg. Een ſtrooen dack. Hiſpan. *Cumbre de coſa alta.* Pol. *Wierzch domu.* Vn. *Tetö, hàz ſtedil.* An. *The toppe or hight of a thing, the ridge of an houſe.*] Ab antiquis culmina dicta ſunt tecta: quia ædificia è culmo: id eſt, paleis è meſſibus collectis, contegebant. Virg. 1. Aeglog. Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. Ibidem: Et jam ſumma procul villarum culmina fumant. Plaut. Trin. In Capitolio, quo in culmine aſtat ſummo. Plin. lib. 9. cap. 35: Principium ergo, culmenque omnium rerum pretii, margaritæ tenent. ☞ Culmen pro Culmo, ſive ſtipula. Ovid. 4. Faſt. Sanguis equi ſuffimen erit, vituliquc favilla: Tertia res, duræ culmen inane fabæ.

Culmus, m. ſ. Frumenti calamus, à radice uſque ad ſpicam ductus quod colatur: unde olim & Columus dicebatur, ſicut & Columen primò, quod poſtea Culmen. Varro tamen culmū dictū putat tanquam culmen, quòd in ſummo campi naſcitur culmi. [קָנֶה *kaneh* אָבִיב *abib.* [illegible]] Gal. *Chaume, chalumeau, ou tuyau de blé ou d'avoine ou de ſemblables.* Ita. *Gambo del frumēto.* Ger. Ein halm oder ſtingel an dem Korn, Gerſten. Belg. Een ſtroe. Hiſ. *La canna del trigo.* Pol. *Zdźbło.* Vn. *Gabona ſzára.* An. *The ſtumme or ſtrawe of corne frome the roote to the eare.*] Virgil. 1. Georg. ne gravidis procumbat culmus ariſtis. Ibidem: culmumque levem ſtipulaſque volantes. Vbi Servius: Culmus dicitur ipſe calamus: ſtipulæ verò, folia quæ ambiunt culmum. ☞ In culmo arare, [illegible], dicuntur qui labore nunquam intermiſſo, vim mentis exhauriunt. Aut qui nunquam deſinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphora à nimium avidis agricolis, qui ſegetem non patiūtur unquam interquieſcere: ſed aſſidua cultura ſuccum omnem ſoli exhauriunt, ſtatim à meſſe novam ingerentes ſementem. Suidas citat ex Lyſia.

Culpā, f. p. Cauſa, meritum, crimen. [אָשָׁם *aſcham* דִּבָּה *dibbah.* [illegible]] Gal. *Faute, coulpe, offenſe, blaſme.* Ital. *Colpa.* Ger. Die ſchuld einer miſſhandlung. Hiſ. *Culpa de algun malhecho.* Pol. *Wyſtępek, wina.* Vng. *Vétek, bün.* An. *An offence, faulte, or blame.*] Plaut. in Epid. Mihi ut ignoſcas, ſiquid imprudens culpa peccavi mea. Idem in Merc. Dii ſciunt, culpam meam iſtanc non eſſe ullam. Cic. 1. Offic. Ne major pœna, quàm culpa ſit, cavendum. Iuriſconſulti duo faciunt culparum genera, Latam, & Levem: Latam culpam appellantes dolum præſumptum: Levem verò negligentiam, quū ſcilicet quis eam diligentiā in rebus alienis non præſtitit, quàm prudens paterfamilias ſolet. Culpæ nomen generale eſt, dolumq; comprehendit non quidem verum, ſed præſumptum. Nam ſi in materia culparum, quam nemo diligentiùs tractavit doctiſſimo noſtro Zaſio, vero dolo locus eſſet, jam culpam nominare quid attineret? ſi idem. C. de codicil. vul.

Culpo, as, are. act. p. Culpæ do, culpæ alicujus tribuo, in culpa pono, reprehēdo. [חַיֵּב *chiyeb* דִּלְּדֵל *ghiddeph,* [illegible]] Gal. *Blaſmer, reprendre.* Ita. *Incolpare.* Ger. Beſchuldigen oder ſchelten. Hiſ. *Culpar alguno mallechor.* Pol. *Ganić, winować.* Vng. *Feddem, vétek ſedem.* Ang. *To blame, rebuke, or laye the faulte upon.*] Plaut. in Bac. Illum laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali. Idem Aſin. Neque quæ rectè faciunt culpo, neque quæ delinquunt amo.

Culpātio, verbale, f. t. Reprehenſio. [גִּדּוּף *ghiddeph.* [illegible]]

advatio. Gal. *Blaſme,reprehenſion,reproche.* Ital. *Biaſimo, riprenſione.* Ger. Beſchuldigung. Hiſ. *Culpa,reprehenſion.* Pol. *Gauienie.* Vng. *Fedds, vitkſite.* Ang. *A blaming,rebuking.* ] Gell. lib. 10. cap. 12: Ne ipſi quoque culpationes hujuſmodi mereantur.

Culpĭto,as,are,frequentativum. [ *συχνὰ αἰτιᾶσθαι.* Gal. *Blaſmer ſouvent.* Ital. *Biaſimare ſpeſſo.* Germanicè, Offt ſchelten/ober beſchuldigen. Hiſpan. *Culpar muchas vezes.* Polon. *Vilamiecquie ganie.* Vngar. *Feddegeiben, gyakran vetkeſitbm, dorgálom.* Anglicè, *To rebuke and laye the fault on one often.* ] Plaut. in Ciſtel. Verùm haud metuo ne jusjurandum noſtrum quiſquam culpitet.

Cultĕr,m.t. Dicitur omne inſtrumentū quo aliquid ſcinditur. [ חרב *chereb* מאכלת *machéleth* סכין *ſachchin. μάχαιρα.* Gal. *Couſteau.* Ital. *Coltello.* Ger. Ein Meſſer. Bel. Een Mes. Hiſ. *Cuchillo.* Pol. *Noz.* Vng. *Kés.* Ang. *A knyfe.* ] Plaut. Epid. -acutum cultrum habeo Qui ſeni exenterem marſupium. Vnde culter tonſorius, dicitur novacula, qua tonſores barbas radunt. Cicer. 2. Offic. de Dionyſio ſuperiori loquens: Qui cultros tonſorios metuens, ſibi candente carbone adurebat capillum. ¶ Item Culter venatorius, dicitur Venabulum, vel potiùs ferramentum venabuli. ¶ Culter etiam dicitur vomer aratri, quo terra poſtquam proſcindatur, ſecatur, futurisq́; ſulcis veſtigia præſcribuntur. Autor Plin. lib. 18. cap. 18. ¶ Veteres etiam in nominativo Cultrum dixerunt. Propert. Et canis noſtros nimis expertus dolores, Quum fallenda meo pollice cultra forent. ¶ Sub cultro linqui, proverbiali figura dicitur, qui in præſentaneo periculo deſeritur. Sumpta metaphora à victima, quæ jamjam ferienda, ſub cultro eſſe dicitur.

Cultellŭs, diminut. [ *τὸ μαχαίριον.* Gal. *Petit couſteau, couſtelet, gaveau.* Ital. *Picciolo coltello.* German. Ein Meſſerlin. Hiſ. *Pequenno cuchillo.* Pol. *Nozik.* Vng. *Késetske.* Ang. *A litle knyfe.* ] Iuven. Saltatum ſpectans & chironomunta volanti Cultello. Purgare ungues cultello, Horat. 1. Epiſt.

Cultellāre, verbum antiquum fuit: de quo ſic Frontinus in lib. de limitibus, Cultellandi ratio quæ ſit, ſæpè quæritur, cujus pramenti ſoli ſpatium conſummamus, & illam clivorum inæqualitatem planam eſſe cogimus, dum menſuræ lateribus inſervimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planiorem redigimus. Cultellatus etiam lapis dicitur, ut eſt apud Hyginum, qui pentagoni recipit rationem.

Cultellātŭs,a,um, Formam cultelli habens: [ שנבן *ſchanán. μαχαιρωτός.* Gal. *Aigu & trenchant en facon de couſteau.* Ital. *Che ha forma di coltello.* Hiſpan. Wie ein Meſſer gemacht. Hiſpan. *La que tiene forma de cuchillo.* Polon. *Podobni nozowy.* Vngar. *Késſedhöz formain.* An. *Egded lik a knyfe.* ] ut, Dorſum cultellatum, Plin. lib. 32. cap. 2.

Cultrātŭs,a,um, [ *μαχαιρωτός.* Vng. *Kés ſzabáſu.* ] Idem: ut Cultratus mucro, qui ſcindit velut culter. Plin. lib. 13. cap. 4: Folia cultrato mucrone.

Cultrārĭŭs, Miniſter qui victimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius, Sueton. in Calig. Admota altaribus victima, ſuccinctus poparum habitu, elato altè malleo cultrarium mactavit.

Cultŭs, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix. Vide COLO.

Cŭlullŭs, Calix fictilis quo in ſacris utebantur Pontifices, & Veſtales virgines, teſtibus Porphyrione & Acrone. [ Pol. *Glinianj, ſzklenik.* ] ¶ Accipitur & pro urceolo. Horat. in Arte: Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quē perſpexiſſe laborant. Idem 1. Carm. Ode 31: Dives & aureis Mercatores exiccet culullis Vina Syra rep. &c.

Cum, Præpoſitio copulativa, quæ ablativo ſolet conjungi notans ſocietatem & conjunctionem, Summa cum benevolentia, ſumma cū hilaritate illum excepi. [ עם *him. σὺν, μετά,* cū genitivo. Gal. *Avec.* Ital. & Hiſp. *Con.* Ger. Mit. Pol. *Skięm.* Vn. *Vele (& cum affixis) Velem, veled, vele, (item) al.* Ang. With. ] Cū Socrate profectus ſum. ¶ Aliquando accipitur pro contra, *κατά,* ut, Cum hoſte pugno. ¶ In compoſitione verò poſtpoſita invenitur, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuſcum. ¶ Aliquando adverbium eſt, & accipitur pro Quando: [ *ὅτε, ἐπεί.* Gal. *Quand, veu que, acouſt, comme ce que.* Ital. *Conciosia.* German. Wann. Hiſpan. *Quando.* Polon. *Kiedy.* Vngar. *Mikor.* ] Virg. 3. Aeglog. Quum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito. Cic. Nonnihil me conſolatur, quum recordor quanta me complectens benevolentia. ¶ Iungitur modò indicativo: ut, Quum dico, Quum dicebam, Quum dixi, Quum dicam. Modò ſubjunctivo: ut, Quum dicerem. ¶ Interdum accipitur pro Dum, *ἕως.* Cic. Quum me in Africam contuliſſem. ¶ Interdum pro Quamvis, & exigit poſt ſe Tamen, jungiturq́; ſubjunctivo. Cic. pro Dejot. Quum in omnibus cauſis gravioribus initio dicendi commoveri ſoleam, tamen in hac multa ita me perturbant. ¶ Aliquando pro Quoniam ut cauſam denotet, & ſimiliter ſubjunctivo jungitur: ut, Quum inveniam Latinos proprio ſermone hæc parum attigiſſe, conatus ſum pro viribus. ¶ Iunguntur quandoque Cùm & Tùm, *καί, καί:* quæ licet idem ferè ſignificent, diverſo tamen modo ordinantur: nam in Cùm eſt quiddam minus, in Tùm quiddam majus: & hoc duobus modis fit: ut aut generale præcedat, & ſequatur ſpeciale: aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſic: Quintilianus: Quòd cùm omnibus confitendum eſt, tùm nobis præcipuè, qui rationem dicendi à bono viro non ſeparamus: id eſt, omnibus multùm, mihi autem maximè. Altero modo. Idem: Quod opus Marcelle victori tibi dicamus: quem cùm amiciſſimum nobis, tùm eximio literarum amore flagrantem, digniſſimum hoc mutuæ in nos charitatis pignore judicamus: id eſt, multum propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem literarum. ¶ Aliquando etiam Cùm & Tùm conjunctivo junguntur. Cicero Curioni lib. 2. Epiſt. Gravi teſte privatus ſum amoris erga te mei, patre tuo clariſſimo viro: qui cùm ſuis virtutibus, tùm verò te filio ſuperaſſet omniū fortunas, ſi te antè vidiſſet, quàm è vita diſcederet. ¶ Quando autem fit ſub duobus verbis, fieri debet ſub eodem modo & tempore. Cic. Attic. li. 1: Itaque cùm meus me mœror quotidianus conficit, tùm verò hæc addita cura vix vitam mihi reliquam facit. Quanquam etiam interdum diverſorum modorum & temporum verbis juncta inveniuntur. Idem eidem lib. 3: Quod cùm ſemper antea intelligerem, tùm verò proximè judicavi. Idem in principio lib. 1. de Nat. deorum: Cùm multæ res in Philoſophia nequaquam ſatis adhuc ſint explicatæ, tùm difficilis Brute (quod tu minimè ignoras) quæſtio eſt de natura deorum. ¶ Ponitur quandoque Tùm ſine Cùm, geminatum, vel triplicatum in rebus paribus. Quintil. Nec indignatur Herodotus æquari ſibi Titum Livium, tùm in narrando miræ jucunditatis, clariſſimique candoris, tùm in concionibus, ſuprà quàm enarrari poteſt, eloquentem: ita dicuntur omnia tùm rebus, tùm perſonis accommodata. ¶ Ponitur nonnunquam Tùm pro aliquando, *ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ,* & ſic ferè geminatum. Cicero: Tùm hoc, tùm illud arguendū eſt, modò hoc, modò illud. ¶ Quandoque pro Tunc, *τότε.* Virg. 8. Aeneid. Tùm primùm noſtri Cacum videre trementem. ¶ Quandoque eſt adverbium ordinis, pro Deinde, *ἔπειτα.* Virg. 6. Aeneidos: -ipſe atri velleris agnam Aeneas matri Eumenidum magnæque ſorori Enſe ferit, ſterilemq́; tibi Proſerpina vaccam: Tùm Stygio regi nocturnas inchoat aras. ¶ Quandoque pro præterea. Terentius in prologo Evnuchi: Si quiſquam eſt, qui ſe ſtudeat placere bonis Quamplurimis, & minimè multos lædere, In his poëta nomen profitetur ſuū. Tùm ſiquis eſt qui dictum in ſe inclementiùs Exiſtimet eſſe, &c. Sunt qui ita diſtinguunt, ut quando, præpoſitio eſt, cum c, ſcribi debeat: quando autem adverbium ſeu conjunctio, eſt q. Sed quum ratio non ſit ſatis ponderoſa, jam doctorum uſus obtinuit, ut potiùs cum c, ſemper ſcribatur: quare unuſquiſq́; prout voluerit ſcribat. Antiquitus, quum adverbium erat, Quom ſcribebatur. ¶ Cumalter, una particula, antiqui pro cum altero uſurpabant, brevitatis gratia: ut annotavit Feſtus. ¶ Cum dicto, ſignificat ſtatim poſt verba, & vix dum finito ſermone, *ἅμα λέγων, σὺν τῷ λόγῳ.* Apul. Et cum dicto ſudiolo suntunculo faciem ſuam jamdudum punicantem, præ pudore obtexit. ¶ Cum imperio eſſe, *ἐν ἀρχῇ εἶναι,* dicebatur, cui nominatim demandabatur à populo imperium. ¶ Cum poteſtate eſſe dicebatur, qui alicui negotio à populo vel Senatu præficiebatur: ut cui annonæ cura mandabatur, aut qui Imperatori legebatur. Itaque diſtinguuntur in l. 7. & 10. D. de vi public. ¶ Cum populo agere, eſt rogare quid populū quod ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet. Concionem autem habere, eſt verba facere ad populum ſine ulla rogatione, Gell. lib. 13. cap. 14. ¶ Cum ſacco adire, eſt poſtulare, ut ſibi è veſtigio atque eodem temporis puncto pecunia ſolvatur. Paul. de ſolut. Quod dicimus in eo hærede, qui fidejuſſori teſtatoris id, quod ante aditam hæreditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſolvere cum aliquo ſcilicet temperamento temporis intelligendum eſt, nec enim cum ſacco adire debet. Ex Hotomano. ¶ Cum patribus agere, eſt ad Senatum referre. Bud. in Annotat. poſterior. ¶ Quum juſtæ ætatis factus fuerit, Quum perfectæ ætatis fuerit, Quum adoleverit, de annis 14. completis intelliguntur. Alberic. locos indicat. ¶ Cummaximè, *ἐν μάλιστα,* vehementiſſimè, vehementiùs quàm aliàs unquam, Cic. pro Cluent. Mater, quæ multos jam annos, & nunc cummaximè filium interfectum cupit. Terent. Hecyr. Hanc Bacchidem amabat, ut cummaximè tùm Pamphilus, Cùm pater, uxorem ut ducat orare cœpit. ¶ Cùm partim, veteres dixêre, pro partim. Cato: Ibi pro ſcorto fuit in cubiculū, ſurrectitavit è convivio quum partim illorum jam ſæpè ad eundem modum erat. Vide ea, quæ ex Gellio annotavimus in dictione PARTIM. ¶ Complurimum una dictio pro ad ſummum. Sueton. in Auguſt. cap. 78: In lectum inde tranſgreſſus, nō ampliùs complurimum, quàm ſeptem horas dormiebat. ¶ Cumprimis. Significat in primis, *ἐν τοῖς πρώτοις.* Cic. 3. Verr. Homo domi ſuæ cumprimis locuples. Apul. Hic cum-

primis nobilis ac facundus. Cumprimè, olim dicebatur pro cumprimis. Qu. Quadrigarius: Nam M. Manlius, quem Capitolium ſervaſſe à Gallis nuper oſtendi, cujusq; operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortem Reſpub. ſenſit, &c. ❡ Cum ſtomacho aliquid facere dicimus: hoc eſt, cum indignatione ſive faſtidio. [illegible]. ❡ Cum tempore, cum mora, & ſpatio temporis, χρόνῳ. ❡ Cum venia tua dicimus: hoc eſt, pace tua, & te permittente, [illegible].

Cumatilis color, [κυματίας. Germ. Himmelblaw. Vng. Kék. Ang. Darke blewe, skie colour.] à fluctuum ſimilitudine appellatus, qui & Cæruleus alio nomine dicitur: nam Græci κύματα fluctus vocant. Plaut. Cumatilem togam, aut plumatilem. Hunc etiam colorem periphraſticῶs deſignat Ovid. libro 3. ſuæ artis, quum ait: Hic undas imitatur: habet quoque nomen ab undis.

Cumĕră, pen. corr. f. p. [ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἀπετίθεντο, ἀποθήκη. Gal. Vn vaiſſeau à garder le grain de froment. Ital. Bugnola. Germ. Ein Korntaſt. Hiſ. Parero de palma o eſparto. Polon. Skrzynia w ktorey pro chowa-ta. Vng. Buza ei egyeb gabona tartó kas ſzékſek. An. A veſſell to keep corne in.] Vas ingens vimineum, vel etiam fictile, quo frumenta conduntur, ut inquit Acron. Feſtus verò autor eſt, Cumeras ex ſparto, palmarúmve foliis confici ſolere. Horat. lib. 1. Ser. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris? Idem 1. Epiſt. Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.

Cumĕrum, antiqui vaſis genus erat, quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis ſupellex. Feſtus: Cumerū (inquit) vas nuptiale, à ſimilitudine cumerarum, quæ fiunt palma vel ſparto ad uſum popularem ſic appellatum.

Cuminum, ſive Cyminum, pen. prod. [כמון chammon, κύμινον. Gal. Herbe nommee du cumin. Ital. Comino. German. Kommig. Hiſpan. Cominos. Polon. Kmin. Vng. Kömény. Ang. An hearbe named commin.] Herba eſt notiſſima, folia fœniculo non diſſimilis, radice ſubrotunda, ſemen ferens copioſum, & canaliculatum quod in vino epotum pallorem fertur generare. Vnde etiam ab Horat. lib. 1. Epiſt. exangue cuminum appellatur: quòd ſi Pallerem caſu, biberent exangue cuminum. Perſ. Sat. 5: pallētis grana cumini. ❡ Eſt item Cuminum agreſte, κύμινον ἄγριον, ſativo multò efficacius, in collibus ferè proveniens: de quo vide Dioſc.

Cumŭlus, pen. cor. m. f. Propriè dicitur majorum rerum veluti acervus quidam. [ערמה haremah תל vel צבור tſibbur, σωρός. Gal. Monceau, comble, amas. Ital. Cumulo, mucchio, maſſa. Germ. Ein hauff. Belg. Een hoop. Hiſp. Colmo ò monton. Pol. Kupa. Vn. Rakas, gyuytés. An. An heap.] Liv. 10. ab Vrb. Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuper ſtratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit. Virgil. Cumulum pro altitudine, & quaſi magna aquæ mole poſuit, 1. Aeneid. inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. ❡ Cumulus item eſt, qui additur menſuræ plenæ, ut inquit Feſtus, [illegible]: & per tranſlationem accipitur pro quavis acceſſione. Cic. pro Roſcio: Vt ad illam opimam prædam damnatio Sex. Roſcii velut cumulus accedat. Idem Attic. lib. 2: Ad ſummam lætitiam, quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius adventu cumulus accedit.

Cumŭlo, as, are, act. p. Implere, coacervare, & quaſi ad cumulū addere. [צבר tſabar אסף, σωρεύω, [illegible]. Gal. Combler, amonceler, amaſſer en monceau. Ital. Accumulare, ammaſſare. Germ. Hauffen/auffhauffen/zuſammen hauffen. Belg. Hoopen. Hiſp. Colmar ò amontonar. Pol. Zgromadʒam. Vng. Gyűytöm, meg töltöm, rakom. Ang. To heap or gather together.] Virg. 11. Aeneid. Et nūc ille quidem ſpe multum captus inani Fors & vota facit, cumulatque altaria donis. Tractum à menſuris, quibus nonnihil ſolet addi. Dicimus, Cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Cic. ad Att. lib. 14: Non poſſum non confiteri cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus.

Cumulatĭo, f. t. eſt unius actionis ad aliam adjuratio, vel eſt plurimum rerum vel actionum coacervatio contra eundem in judicio legitimè propoſita. [Pol. Zgromadʒenie. Vn. Gyűytés. An. An heaping of many thinges together.] Zaſius in titulo Iuſtit. de actio. § ſi minus, & cumulationum quatuor ſpecies ibi.

Cumulātus, pen. prod. Particip. [צבור nobaram, [illegible]. Vng. Bőséges. Ang. Heaped.] Cicer. ad Dolabellam lib. 9: Tamen Idibus Maiis tantum acceſſit ad amorem, ut mirarer locum fuiſſe augendi in eo quod mihi jampridem cumulatum etiam videbatur. ❡ Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congeſtis. Liv. lib. 2. bell. Maced. Cumulatus omni laude orator, Cic. 1. de Orat.

Cumulātim, adverb. pro acervatim. [חמרים חמרים chomarim, chomarim, σωρηδόν. Gall. Par monceaux. Ital. A mucchi, a monti. German. Hauffechtig. Hiſpan. Cumul colmo. Polon. Wkupie. Vngar. Rakáſonként. Ang. By heapes.] Varro de Re ruſt. libro 3. capite 15: Quibus in tenebris quum cumulatim poſitum eſt, in doliis fiunt pingues. [Vngaricè, Rakáſonként.]

Cumulātè, Abundanter. [[illegible]. Gal. Abondamment. Ital. Abondantemente. German. Mit hauffen/ vberflüſſig. Hiſp. Abundantemente. Polon. Hoynie, doſtatkie. Vng. Bőven. An. Abundantly, in great plentie.] Cic. 2. de Divin. Quæ ubertè, cumulateque perfecta, de divinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.

Cunæ, arum, f. p. & Cunabula, orum, pro eodem accipiuntur: dicta quaſi Cynæ & Cynabula. [σπάργανα. Gal. Le berceau ou couchette d'un enfant. Ital. Cuna, culla. Ger. Die Wiegen oder Wagen der Kinderen. Bel. Wieghe. Hiſ. Aquel lugar do nacen los niños, y la cuna. Pol. Kolebka. Vng. Bölcső. An. A cradell.] Nam κοιτίδα Græci κοιτὶ dicunt, & parere. Latini autem ſuo more, ā in u converterunt. Sunt autē lectuli in quib. infantes ſolent jacere, vel loca in quib. naſcuntur. Cicer. 1. Tuſc. Iidem ſi puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant: ſi verò in cunis, ne querendum quidem. Dicuntur & incunabula: nam In præpoſitio, hoc loco nihil ſignificat, ſicut & in aliquot aliis dictionibus, ut Columis & incolumis. ❡ Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis diſtinguant, & ea propriè dici exiſtiment quæ ad cunas inſtruendas & ornandas pertinent: Cunas verò, exiguum illud fulcrum ex ligno aliāve materia, in quo infantis lectulus ſternitur. Plautus in Amph. Sed puer ille quem ego lavi, ut magnus eſt & multum valet? Neque eum quiſquā colligare quivit in cunabulis. Et in Truc. Faſciis opus eſt, pulvinis, cunis incunabulis. ❡ Per tranſlationem. Idem in Pſeudolo: Sed iſtic ſervus Caryſto huc qui advenit, quid ſapit ſolet à cunabilis? id eſt, uſque ab infantia, vel uſque à puero: hoc eſt, ab ea ætate, quæ in cunabulis agitur. Columella: Quum à primis cunabulis, ſi modò liberis parentib. eſt oriundus, audiſſe potuerit. Liv. lib. 4: Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Virg. li. 3: Cunabula pro initiis poſuit: Mons Idæus ubi & gentis cunabula noſtræ Centum urbes habitat. Similiter Cic. de Opt. gen. Or. Non fuit alienum de oratoris quaſi incunabulis dicere. Idem in Saluſt. An ulla alia putas rudimēta & incunabula virtutis? Vbi rudimenta pro initiis, & incunabula pro fomentis, ſive augmentis poſuit. ❡ Quandoque incunabula vocamus nutritionem puerilem: unde locum incunabulorum vocamus eum in quo ab ipſa ſtatim infantia educati ſumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis vagire conſuevimus. Sueton. in Veſpaſ. Quare princeps quoque & locum incunabulorum aſſiduè frequentavit.

Cuncti, m. f. Omnes, toti, univerſi, quaſi conjuncti, autore Aſconio. [כל chol, σύμπαντες. Gal. Tous enſemble. Ital. Tutti. Ger. Allſampt/all miteinander. Hiſ. Todos juntamente. Pol. Wſzyſcy ſpolne. Vng. Mindnyáian. An. All together.] Omnes verò etiam ſi ſint disjuncti, & diverſis locis. Cicero antequam iret in exil. Quoniam laborem pro cunctis ferre conſuevit. Virg. 1. Geor. Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret. Idem lib. 1. Aeneidos: Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Cunctŏr, aris, atus, cum c, ante t, verbum deponens eſt. Moror, remoror, differo, procraſtino. [אחר echar התמהמה hithmahmah, μέλλω, ὀκνέω. Gal. Tarder ou targer, differer & n'y haſter point, faire le lent. Ital. Indugiare, differire di di in di. Ger. Verziehen/ſeumig ſeyn. Bel. Vertrecken. Hiſ. Tardar à otro. Pol. Omieſzkam, przeciągam. Vn. Keſem, mulatozok. An. To tarie, to delay, to linger, to prolonge tyme.] Liv. lib. 1: Alii dum cunctantur in ripa, inter pugnæ fugæque conſilium oppreſſi. Virg. 4. Aeneid. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Cæſar 1. bel. Civ. Si cunctetur, atque agat levius, ne quicquam ejus auxilium, ſi poſtea velit, Senatum imploraturum. Suetonius de Aug. Cunctari ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum. ❡ A' Cunctor fiunt compoſita, Percunctor, & Recunctor, quod eſt iterum moror.

Cunctatĭo, f. t. verbale, Tardatio, mora. [אחר ichub, μέλλησις, ὄκνος, ἀναβολή. Gal. Targement, laſcheté. Ital. Indugio. Germ. Verzug/ſaumnuß. Hiſ. Tardança. Pol. Omieſzkanie, bawienie. Vng. Kéſedelem, mulatſág, mulatozás. An. Tarying, lingering.] Cicer. 1. Offic. Sed iis, qui habent à natura adjumenta rerum gerendarum, abjecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus, & gerenda Reſpublica eſt. Sine cunctatione dicere, Cicer. in Vat.

Cunctātŏr, m. t. Dilator procraſtinator. [מאחר meachér, μελλητής, ὀκνηρός. Gal. Baſtard, delayeur, tardif & lent à faire quelque choſe. Ital. Allungatore, che tiene in tēpo. Ger. Ein verzieher/ſaumer. Hiſ. Tardador. Pol. Odkładacz, wſpekacz, niechwey, ſobianca. Vn. Keſedelmes, mulatozó. An. A lingerer, a delayer, a prolonger of tyme.] Liv. 6. ab Vrbe: Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. Cælius Ciceroni: Noſti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax ſit: itemq; Servius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio Maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadam prudentia vires Hannibalis fregit. Vnde illud Ennianum: Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Cunctāns, cunctantior, cunctantiſſimus. [μελλητικός. Pol. Omieſzkaiący.]

militari. Vng. Malatozo, késédö.] Liv. 10. bell. Pun. Sic ut dubitet, utrum ingenio cunctantior fuerit, an quia ita bello proprie quod tum gerebatur, aptū erat: ſic nihil certius eſt, quàm unum hominem cunctando nobis rem reſtituiſſe.

Cūnctābundūs. [מתמהמה mithmahmeah. ἐνδιατρίβων, βραδυς. Gal. Qui fait le long, & va comme ennuyé à quelque choſe. Ital. Chi è tardo, che la tira in longo, & va con diſpiacere à qualche impreſſa. Germ. Verziehend/langſam. Hiſpan. Tardador, que vencho tarda. Pol. Oczyeſzony. Vng. Késédelmes, malatozo. Anglicé, A lingerer, that goeth ſlowly.] Liv. 6. ab Vrbe: Quòd ubi aciem jam inſtruē ti Camillo Centuriones renuntiaverunt, turbatas militum mentes eſſe, & ſegniter arma capta, cunctabundosque & reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe, &c. Tacit. lib. 1: Nuſquam cunctabundus, niſi quum in ſenatu loqueretur.

Cūnctāntĕr, adverbium, Cum mora. [βραδέως. Gallicé, Laſchement, en delayant, tout bellement. Italice, Tardamente, ſenza fretta. German. langſamlich/verzogentlich. Hiſpan. Tardamente. Pol. Leniwo, poſlemawaſ. Vngar. Késö deimeſſen, malatozva, gondolkedua. Ang. ſlowly, lingeringly.] Liv. 1. ab Vrbe: Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt.

Cūnĕūs, m. ſ. Inſtrumentū eſt ferreum, aut etiam ligneū, quo finduntur ligna. [σφήν. Gal. Vn coing. Ital. Conio. German. Ein Weck oder Biſſen/ damit man Holtz zerſpaltet. Belg. Een beytel. Hiſpan. Cunno ò cunna para hender. Pol. Klin. Vngar. Ek, ſeg. Ang. A wedge.] Hujus prima pars acutior eſt, ut quanvis ſimulam facilè intret, ſequens autem latior & amplior. Virg. 1. Georg. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum. Idem 2. Georg. -& altè Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces Plantæ immittuntur. ❡ Per tranſlationem ſumitur pro peditum multitudine, in cunei formam redacta, teſte Vegetio lib. 3. quæ Græcis ἔμβολον dicitur: hoc eſt, quæ ita diſpoſita eſt, ut ejus pars prima anguſtior, deinde latior procedat. Ab hujus etiam ſimilitudine Cunei dicti ſunt loca in theatro: id eſt, gradum ordines, in quibus vulgus ſpectatorum ſtabat inter ſedentium ſubſellia Iuvenalis: -cuneis an habent ſpectacula totis Quod ſecuras ames? Vitru. lib. 7: Cunei ſpectaculorum in theatro ita dividantur, ut anguli trigonorum, qui currunt circa curvaturam orationis, dirigant aſcenſus, ſcalasque inter cuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum elegan ti epitheto à Virgilio Cuneatum dicitur. ❡ Excuneati, ab Apuleio dicti ſunt, quibus ſedendi locus non fuit in cuneis conſeſtis. ❡ Sed & conſtipatam turbam, Cuneos dicimus. Cyprian. Stipatus clientum cuneis. Virg. 2. Georg. -hunc plauſus hiantem Per cuneos (geminatus enim) populique patrumq; Corripuit.

Cŭnĕŏlŭs, li, m. ſ. diminutivum à Cuneus: hoc eſt, clavus ligneus quo duo vel plura tigna cōnectuntur. [σφηνίσκος. Gal. Coignet, petit coing. Ital. Picciolo cugno. German. Ein Klammer oder Zimmerzapffen. Hiſpan. Pequenno cunno ò cuna. Polon. Klinec. Vngar. Ekécske. Angl. A little wedge.] Cicer. de Vniverſ. Crebris quaſi cuneolis injectis unū efficiebant ex omnibus corpus.

Cŭnĕārĕ, act. p. Eſt cuneis adactis firmare. [σφηνόω. Gal. Coigner, faire en forme de coing, aguiſer en coing. Ital. Conare, puntellare. German. Verkeilen. Hiſpan. Acunnar con cunnos. Polon Zaklinowac. Vng. Meg ekezni, ék ſzegekkel meg ſzegezni. An. To wedge, to faſten with a wedge, to make wedgewiſe.] Plin. lib. 16. cap. 40: Ab his proxima eſt cornus: quanquam non poteſt videri materies propter exilitatem, ſed lignum non aliò penè, quàm ad radios rotarum utile, aut ſiquid cuneandum ſit in ligno, clavisque figendum, ceu ferreis. ❡ Cuneari item eſt in cunei formā coarctari. Vnde Plin. lib. 3. ſcribit: Hiſpaniam anguſtiis quibuſdam cuneari.

Cŭnĕātŭs, a, um, Quod eſt in formam cunei factum: hoc eſt, cujus prima pars acuta paulatim in latitudinem procedat. [σφηνοειδής. Gal. Fait en forme de coing, plus eſtroit d'vn bout que d'autre. Ital. Puntellato, più ſtretto da vn capo che dall' altro. Germanicé, Wie ein Biſſen oder Wecken gemacht. Hiſp. Coſa hecha à manera de cunna. Polon. Klinowaty. Vngar. Ék ſzabáſu. Ang. That is made like a wedge.] Vnde à Livio forma ſcuti Cuneatior appellatur, cujus ſummum latius, imum ſtrictius erat. Item Cuneatus ager, apud Columellam lib. 5. cap. 2. in cunei formam factus, utputà, quum eſt longus pedes centum, latus ex altera parte pedes viginti ex altera pedes nō amplius decem. Ovid. 15. Metamor. Prominet in pontum cuneatus acumine longo Collis. Hinc ſunt compoſita Excuneatus, & Diſcuneatus, de quibus infrà ſuis locis, & ea quæ annotavimus in dictione Cuneus.

Cŭnĕātim, Per cuneos. [κατ' ἐμβολα. Gal. Par bandes, en tel ordre qu'elles ſoyent eſtroittes de front, & larges par derriere. Ital. Per picciole bande ò compagnie. German. Auff weiß vnd form der Wecken / oder von hauffen zu hauffen. Hiſ. De batalla en batalla. Polon. Wklin, naſkoſ. Vngarice. Seregenként. Anglicé, Wedgewiſe.] Ammian. Imperator cuneatim ſtipatus. Cæſ. 7. bell. Gall. Hoſtes re nova perterriti, muro, turribusq; dejecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

Cŭnĭcŭlūs, m. ſ. Animal lepori ſimile, quod ſub terra effoſſa latere ſolitum eſt. [שפן ſchaphān. δασύπους. Gal. Connil. Ita. Coniglio. German. Ein Künigle. Belg. Een Conijnken. Hiſpan. El conejo. Pol. Krolik. Vn. Nyul, hányul. Ang. A conie or cunnie.] Mart. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Varro 3. de Re ruſt. cap. 12: Tertii generis eſt, quod in Hiſpania naſcitur ſimile noſtro lepori, ex quadam parte, ſed humile, quem Cuniculum appellant. Et paulò poſt: Cuniculi dicti ab eo, quòd ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateant in agris. ❡ Eſt & Cuniculus, foramen ſub terra occultum, ad ſuffodiendas urbes inventum. [ὑπόνομος. Gall. Mine ou creux ſous terre, taſniere. Ital. Mina, cava ſotto terra. Germ. Ein Gang oder Höle vnder dem Erdtrich. Hiſpan. La mina parar minar fortaleza. Pol. Gancki podziemia, podkopanie. Vngar. Vádás, áſás, al verem. Ang. An holow place vnder the earth to vnder mine walles.] Plinius: Tentata per cuniculum fuga. Cæſar 7. bell. Gall. & aggerem cuniculis ſubtrahebant. Hinc agere cuniculos. [ὑπονομεύειν. Gal. Miner ſous terre. Ital. Far mine. Ger. Ein heimlichen gang oder ſchlupff vnder der Erden machen. Hiſp. Minar ò hazer minas. Vng. Föld alat vala áſást, vagy ált áſnaini. Ang. To vndermine.] Cæſar 8. bel. Gall. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cicer. 3. Offic. Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium: indicetne id magiſtratibus filius? ❡ Et, Cuniculis oppugnare, ὑπονόμοις πολεμίζειν, per metaphoram dicitur, qui nō aperta vi, ſed diſſimulanter ac dolis rem gerit. Contrà, qui palàm agit quod agit, machinis agere dicitur. Plutarch. in vita C. Cæſ. de Catu. Luctati, in Senatu dicente: οὐκ ἔτι ὑπονόμοις καίσαρ, ἀλλ' ἤδη μηχαναῖς αἱρεῖ τὴν πολιτείαν: id eſt, Cæſar non jam cuniculis, ſed machinis tollit Rempublic. Cicer. pro L. Agraria: Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis pugnatur. ❡ Cuniculus inſuper pro canali accipitur. Plinius libro 9. capite 38: Singulis aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras exæquari, ac modico vapore torreri, & ideò longinquæ fornacis cuniculo.

Cŭnĭcŭlātim, adverb. Cuniculi modo. [ὑπονομηδόν. Gal. En forme de tuyau ou par tuyau. Ital. A foggia di cugno. Ger. Durch Teuchel/auff weiß vnd form in langen heimlichen löchern vnder der Erden. Hiſp. Minanda. Vng. Al verém, áſás moggyára. Angl. In faſhion of a conduite pipe.] Plinius libro 9. cap. 33: Jam diſtinctione virgulata, crinata, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Cŭnĭcŭlārĭŭs, rii, m. ſ. ſubſtantivum, qui ſub terris cuniculos fodit. [ὑπονομοποιὸς, ὁ τὰ ὑπόγεια ὀρύγματα ἐργαζόμενος. Gal. Pionier, qui mine & cave ſous terre. Ital. Cavatore, che fa mine. Ger. Ein Außhöler/ der in dem Erdtrich Hölen oder heimliche Gäng grabt. Hiſp. Minador, que haze mina. Polon. Podkopywacz. Vng. Al verémáſó. Ang. That vnder mineth and holoweth in the earth.] Vegetius libro 2. cap. 11: Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui neceſſarium videbatur, nunquam deeſſet in caſtris, uſque eò ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfoſſis, improviſi emergerent ad urbes hoſtium capiendas.

Cŭnĭcŭlōſŭs, a, um, Plenus cuniculis. [ὑπονόμων μεστός. Gal. Plein de creux, ou caiernes. Ital. Pieno di mine ò caverne. Ger. Voll ſchlupff löcheren oder heimlicher Gäng. Hiſpan. Lugar lleno de minas. Pol. Mieyſce gdzye wielie taiemnich gankow. Vn. Al vermbi. An. Full of holow places.] Catullus: Tu præter omnes ave de capillatis cuniculoſæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

Cŭnĭlă, f. p. κονίλη Dioſcoridi. [Gal. Sarriete ou cendree ſauvage, deux ſortes d'herbe. Ital. Conyza. Ger. Sebenee/tünd/ſaturen. Hiſ. Attadegua. Pol. Bażanowiecz. Vng. Balha fü. An. Sauery.] Herba eſt quam vulgus à necandis pulicibus Pulicariam appellat. Latini etiam Cunilaginem: de quo paulò antè latiùs egimus in dictione CONYZA. Hujus verò herbæ multa ſunt genera. Nam quædam Bubula appellatur, & ſemen pulegii habet, quod contra ſerpentes in vino bibitur. Quædā Gallinacea, à Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia à Græcis maſcula, à noſtris Cunilago, odoris fœdi radicis lignoſæ, foliis aſperis: cujus manipulum ſiquis in domo poſuerit, omnes è tota domo blattas ad eam tradunt convenire. Prodeſt adverſus omnia venenata. Hæc Plin. lib. 29. cap. 16.

Cŭnĭlāgō, inis, Tertium genus Cunilæ, quam Græci maſculam appellant, odore fœdo, radice lignoſa, folio aſpero: ad quam in ædibus abjectam omnes tota è domo blattæ convenire dicuntur. Autor Plin. lib. 20. cap. 16. Vide CVNILA.

Cŭnīrĕ, (inquit Feſtus.) Eſt ſtercus facere. Dictum à cunis infantium quæ ſæpè ſtercore fœdantur.

Cunilingi, Dicebantur homines ſordidiſſimi, à cunis lingendis.

Cunnus, ni, m. ſ. duplici n, (ἐσχάρα. Luc. τὸ μόριον, τὸ γυναικεῖον)

κύσθ.) matura intercapedo, pars muliebris pudenda.

Cupyzamis, midis, *κυπύζαμις*, Herba quæ alio nomine cunilago dicitur. Autor Plin. lib. 19 cap. 8.

Cupa, ſive (ut alii malunt) Cuppa, Vas vinarium amplum, in quo vinum in apotheca cōditum ſervabatur. [*κυπὴ*. Gal. *Vne cuve ou cuvette à cuver la vendange, ou vne coupe à boire*. Ital. *Botta, vaſo da vendemia, copa* German. Weinzuber. Belgice, Een Cuype. Hiſ. *Copa à cuba para guardar vino.* Polon. *Kad kuffa.* Vng. *Kápa, kanna.* Ang. *A tubbe, a great vatte to gather grapes.*] Vlp. de Legat. 3. l. Cujus: Vaſa (*inquit*) vinaria nō eſt, cupæ & dolia, quę in cella fixa ſunt. ❡ Cupis etiam utebantur ad naves quæ reſiciendæ erant ſuſtinendas. Lucanus: Nanque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ.

Cupēdia, orum, n. ſ. cibi lautiores & ſuaviores: [מטעמים *mathammim*. Gal. *Friandiſe, viande friande*. Italice, *Cibo delicatti*. Germ. Schleckerhafftige Speiß. Belg. Lecſpyſe. Hiſp. *Goloſinas*. Polon. *Lekarky*. Vng. *Fen étkek*. Ang. *A delicate or deintie diſhe of meate.*] ſive à Cupedine Romano equite, cujus ædes ſolo æquatæ, areā foro cupedinario extruendo præbuerunt: ſive quòd delicatiores ejuſmodi cibi rebus cupidinis alimenta præbeant. Plaut. in Sticho: Melius dicis, nihil moror cupedia.

Cupēdia, diæ, f. p. Idem. [*φιληδονία, ὀψοφαγία*. Vngar. *Fen étkek*. Ang. *A deintie diſhe.*] Cic. 4. Tuſcul. Aegrotationi autem talia quædam ſubjecta ſunt, avaritia, ambitio, mulieroſitas, pervicacia, liguritio, temulentia, cupedia, & ſiqua ſunt ſimilia. Quo in loco cupediam videtur poſuiſſe pro vitioſo cupediorum appetitu.

Cupēdula, læ, diminut. [Vng. *Fen étkecke.* Ang. *Deintie fare.*] Gel. lib. 6 cap. 13: Conjectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, ſed argutias quæſtionum.

Cupēdinarium forum, & Cupedinis forum, In quo delicatiores epulæ coctę vendebāturita dictum à cupiditate, vel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. [Pol. *Rinekgdzie pekarni pryedawaia*. Vng. *Tſemege, nyalánkſág arulo piacz, (ſmagy) Fen étök arulo piacz.* Ang. *A place where deintie meates ar ſolld.*] Varro lib. 1. Rerum hum. Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis, publicata ſunt eorum bona, & ędes ubi habitarant, dirutæ. Itaque ædificatus eſt locus, in quo vendebantur ea, quæ veſcendi cauſa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum eſt.

Cupēdinarius, Qui eſculenta & poculenta delicatiora cocta vendit. [*ὀψοπώλης, ζωμοποιός.* Gal. *Vn rotiſſeur, vn vinandier, celuy qui vend viandes friandes.* Ital. *Vinandiero.* Ger. Ein Brätter/der ſolche ſchleckhafftige Speyſen feil hat / Paſtetenmacher. Bel. Cameretbouders. Hiſ. *Vendedor de goloſinas.* Pol. *Paſztetnik.* Vn. *Fenſéü ékárus.* An. *A cooke that prepareth or ſelleth deintie meates.*] Ter. in Evn. Ad Macellum ubi venimus, Cōcurrunt læti mi obviam cupedinarii, Cetarii, lanii, coqui, fartores, aucupes.

Cupes, pis, adject. Quo antiqui utebantur pro eo quod eſt, cupedis & liguritioni deditus. *ὁ λαίμαργος, ὁ φίλοψος, ὁ ὀψοφάγος.* Plaut. in Trinummo:

Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, avarus,
Elegās deſpoliator, latebricolarum hominum corruptor.

Cupēdo, dinis, f. t. Cupido, ſeu cupiditas, [*ἐπιθυμία.* Vng. *Kénánſág.* An. *Deſire, covetouſneſſe.*] Lucret. lib. 3: Quantæ tum ſcindunt hominem cupedinis acres Solicitum curæ? & lib. 6: Et finem ſtatuit cupedinis atque timoris.

Cupencus, Lingua Sabinorum ſacerdos appellatur.

Cupherion, fluxus ſanguinis per nares: quod vitium equis proclive eſt, inquit Vegetius, ſi ultra vires agitētur ad curſum.

Cupio, is, cupivi, cupitū, act. q. Opto, deſidero, aveo, exopto, expeto, appeto. [חמד *chamádh* אוה *ivvâh* תאב *taab* חפץ *chaphéts. ἐπιθυμῶ.* Gal. *Deſirer, convoiter.* Ital. *Deſiderare, diſiare.* German. Begeren. Hiſ. *Codiciar.* Pol. *Pożądam.* Vng. *Kénánom.* Angl. *To deſire, to covet.*] Cic. 4. Verr. Quem igitur ab iis Equitibus Rom. qui illius cauſa cupiunt omnia qui ab eo beniginiſſimè tractati ſunt, condemnari neceſſe eſſet, &c. Idem de Orat. Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus eſt. ❡ Cupere alicui, pro bene velle. Cæſar. lib. 1. bell. Gall. Favere & cupere Helvetiis propter eam affinitatem. Cic. Qu. Frat. lib. 1: Quid ego Fundanio non cupio? non amicus ſum? non miſericordia moveor? nemo magis.

Cupire, in quarta conjugatione apud antiquos legitur. Lucret. li. 1: -perfringere ut arcta Naturæ primus portarum clauſtra cupiret.

Cupiens, nomē, Cupidus. [מתאוה *meavveh* חמד *chomédh* חפץ *chaphéts. ἐπιθυμῶν.* Gal. *Deſirant, convoiteux.* Ital. *Avido, ingordo, bramoſo.* German. Begerend/wünſchēd. Hiſpan. *Cudicioſo.* Pol. *Pożądliwy.* Vngar. *Kénános.* Ang. *Deſirous.*] Plaut. in Mil. Hujus cupiens corporis eſt. ❡ Cupientiſſimus. Saluſt. Marius cupientiſſima plebe Conſul factus.

Cupītus, penultima prod. participium, Exoptatus, expetitus. [חמוד *chamudh* נחמד *nechmadh. ἐπιθυμητός.* Gal. *Deſiré, aimé, & regretté.* Ital. *Bramato, diſiato.* German. Der begert oder gewünſcht iſt. Hiſp. *Codiciado.* Pol. *Ten ktorego ſobie życzymy.* Vng. *Kénántatot.* Ang. *Deſired, long ed for.*] Plautus Pœn. te complecti nos ſine, Te cupite, atque expectate. Ovid. 3. Faſt. Mars videt hanc, viſamq; cupit, potiturq; cupita.

Cupītor, oris, penultima producta, verbale, m. t. [מתאוה *meavveh* חפץ *chaphéts. ἐπιθυμητής.* Gal. *Deſireux, convoiteux.* Ital. *Bramante, deſiderante.* German. Ein begerer. Hiſpan. *Codiciador.* Pol. *Pożądacz.* Vng. *Kénáno.* An. *One that deſireth.*] Tacit. libro 12: Neq; tamen repertus eſt, niſi unus, talis matrimonii cupitor. Idem lib. 15: Nero, ut erat incredibilium cupitor.

Cupienter, adverbium, [*ἐπιθυμητικῶς, ἐπιθυμητικῶς.* Gal. *Affectionneement, par affection.* Ital. *Con gran diſio.* Germ. Mit groſſer begird. Hiſp. *Codicioſamente.* Pol. *Pożądliwie.* Vng. *Kénánatoſon, kénánna.* Ang. *With great deſyre.*] Plautus in Pſeud. Quum quid cupienter dari Petimus nobis.

Cupidus, Avidus, ſtudioſus, appetens, amans, obſervans. [אהב *ohéb* מתאוה *mithaavveh. ἐπιθυμός.* Gal. *Deſireux, convoiteux.* Ital. *Avido, ingordo, bramoſo.* Germanice, Begirig. Belgice, Begeerich. Hiſpan. *Codicioſo.* Polon. *Pożądliwy.* Vngar. *Kénáno.* Ang. *Deſirous, greedie of any thing.*] Ter. in Hecyr. Ejus videndi cupidus.

Cupidior, cupidiſſimus, comparativa & ſuperlativa. [Vng. *Kénánob.* Anglice, *More deſyrous or greedie.*] Cicer. ad Att. lib. 4: Cupidiſſimus mei. Cupidiſſimus pacis, Aſinius Pollio ad Cic. lib. 10. Epiſt.

Cupide, adverb. Studioſè. [*ἐπιθύμως, φιλαύτως.* Gal. *Affectionneement, avec, ou par grande affection.* Ital. *Affettuoſamente, con gran deſiderio.* German. Begierlichen. Hiſpan. *Codicioſamente.* Polon. *Chutliwie.* Vngar. *Kénánſággal, kénánatoſan.* Ang. *With great deſyre.*] Cicer. pro Roſc. Ego verò cupide & libenter mentiar tua cauſa. Terent. in Adelph. Egomet conveniam ipſum, ut cupide accipiat.

Cupido, fœm. gen. t. prō cupiditatę accipitur: quamvis Cupiditas levior ſit quàm cupido. [חמד *chemedh* תאוה *taavâh, mitavvâh.* ἐπιθυμία. Gal. *Convoitiſe, deſir, vouloir.* Ital. *Cupidità, cupidigine.* German. Ein groſſe begird. Hiſpan. *Codicia.* Polon. Wielka żądza. Vng. *Kénánſág.* Angl. *Deſire, covetouſneſſe, luſt.*] Lucilius lib. 19: Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquam tollitur, quod cupiditas pars ſit temperatior, deſluens à cupidine. Eſt autem animi affectio à libidine & cupiditate proficiſcens: qualis eſt avaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua ultionem appetimus, & ſimilia. Virg. 6. Aeneid. -quæ lucis miſeris tam dira cupido? Plaut. Pœn. Quanquam cupido verſatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido. Ovid. in Ibin: Quodque ferunt Broteam feciſſe cupidine mortis. ❡ Invenitur etiam nonnunquam in maſculino genere. Horat. 1. Carm. Ode 16: Nec leves ſomnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Idem 1. Serm. Satyr. 1: At bona pars hominum decepta cupidine falſo.

Cupiditas, atis, f. t. Aviditas, libido, deſiderium, ſtudiū, amor. [אוה *avvâh* מתאוה *maavvâh. ἐπιθυμία.* Gal. *Convoitiſe, appetit, deſir.* Ital. *Cupidita, cupidigine.* Ger. Begirligkeit. Hiſ. *Codicia.* Pol. *Pożądliwoſc, żądza.* Vng. *Kénánſág.* Ang. *Great deſire, greedeneſſe, covetouſneſſe.*] ut, Cupiditas cibi, Celſ. lib. 8. & Cic. 4. Acad. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 27: Cupiditas ſe porrigit, & felicitatem ſuam non intelligit: quia non unde venerit reſpicit, ſed quò tendat. Cic. in Parad. Neque enim unquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis. Cæca & temeraria dominatrix animi cupiditas, Cic. 1. de Invent. ❡ Cupiditas accipitur in bonam quoque partem. Suet. in Calig. cap. 24: Reliquas ſorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas ſæpè exoletis ſuis proſtrationibus.

Cupreſſus, [*κυπάρισσος.* Gal. *Cypres.* Ital. *Cipreſſo.* Germ. Ein Cypreſſenbaum. Hiſ. *El cipres.* Polon. *Cypres.* Vng. *Cyprusfa.* An. *A cipre tree.*] Arbor proceras, caudice oblongo & recto, folio pini, ſed carnoſiore, mollioreq; neq; ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi. ❡ Duo ejus ſunt genera: Fœmina quæ ſterilis eſt, ad metæ formam in faſtigio convoluta: & Mas, latiùs ſpargens ramos, conoſq; proferens pinę nucinō abſimiles, licet multò minores. Mira hujus eſt inter arbores fœcunditas: quippe quæ trifera eſt, fructuſque habet & Ianuario, & Majo, & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potiùs noxios, quemadmodum ipſa arbor, cujus etiam umbra noxia creditur: Græci *κυπάρισσον* vocant, à Cypariſſo puero in arborem hanc (ut poëtæ fabulantur) converſo: ſive potiùs *παρὰ τὸ κύειν παρίσους*: hoc eſt, ab eo, quòd ex æquo & ramos & fructus erect. Numeratur cupreſſus inter arbores funeſtas: eò quòd & tardè creſcat, & ſuccīſa non repullulet. Ideò funebri ſigno ante defunctorum ædes eam poſuêre majores. ❡ Legitur & Cupreſſus, ſus, per quartā declinationem. Ovid. 3. Triſt. Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſo. Idem 3. Metamorph. Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu.

Cupreſſinus,

Cupreſſinus, a, um, pen. cor. Quod ex cupreſſu confectum eſt. [κυπαρίσσινος. Gall. De cypres. Ital. Di cipreſſo. Ger. Cypreſſin. Hiſpan. Coſa de cipres. Pol. Cypryſowy. Vng. Cypros fából valo. Ang. Of a cipre tree.] Plin. lib. 23. cap. 4: Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum.

Cupreſſeus, a, um, Quod ex cupreſſu cõfectum eſt. [κυπαρίσσινος. Gal. Fait de cypres. Ital. Fatto di cipreſſo. German. Das auß Cypreß gemacht iſt. Hiſpan. Hecho de cipres. Pol. Cypryſowy. Vng. Cypros fából czinaltatot. Ang. Made of a cipre tree.] Liv. 7. bel. Pun. Poſt eas duo ſigna cupreſſea Iunonis reginæ portabantur.

Cupreſſetum, ti, penult. prod. Locus cupreſſis conſitus. [κυπαρισσών. Gal. Lieu complanté de cypres. Ital. Luogo che ha molti cipreſſi. Germ. Ein ort da viel Cypreßbäum wachſen. Hiſpan. Lugar de muchos cipreſes. Polon. Mieſce cypryſſem oſadzone. Vngar. Az hol ſok cypros fa terem. Ang. A place planted with cipre trees.] Cic. 1. de Legib. In cupreſſetis Gnoſiorum.

Cupreſſifer, a, um, Ferens cupreſſos. [κυπαρισσοφόρος. Gal. Qui porte cypres. Ital. Che produce cipreſſi. German. Das Cypreſſbäum tregt. Hiſpan. Lugar que cria cipreſes. Polon. Cypryſy rodząci. Vngar. Cypros termő. Angl. That beareth or bringeth cipre tree.] Ovid. Epiſt. 9: Vt Tegeæus aper cupreſſifero Erimantho incubat.

Cuprum, n. t. Genus quoddam æris, quod à Plinio Aes cyprium vocatur. [נחשת nechoſcheth, κύπριος χαλκός. Gal. Cuyvre. Ital. Rame. Ger. Kupffer. Hiſp. Cobre. Pol. Miedź. Vng. Réz. Ang. Copper metall.] Vnde apud Palladium Cuprini clavi dicuntur.

Cupreus, a, um, [Polon. Miedziane naczinie. Vngar. Rézből valo. Angl. Of copper.] ut, Cupreum vas. Plin. l. 23. cap. 3: Cogitur in cupreo vaſe ad craſſitudinem mellis.

Cur, interrogandi adverbium, idem ſignificans quod Quare. [מדוע maddúah למה lammáh, τίνος ἕνεκα, διὰ τί, Gal. Pourquoy? Ital. Perche? per che cagione? German. Warumb? auß was urſach? Belg. Waerom? Hiſpan. Porque? Polon. Czemu dla czego? Vng. Miert, mire? Ang. Wherefore or why? for what cauſe?] Licet quidã Qur per q ſcribendum putent, & à quare per ſyncopen atq; apocopen deductum, a & e literis detractis. Terent. in Andr. Cur me excrucio? cur me macero? cur meam ſenectutem hujus ſollicito amentia? ❡ Aliquando etiam relativè accipitur, vel infinitè. Cic. pro Roſcio Com. Non fuit cauſa cur tantum laborem caperes. ❡ Cur & quare Corn. Fronto ita diſtinguit, ut, Cur ſit ſimplicis percontationis: Quare verò cauſam rationemq; deſideret.

Cura, f. p. Sollicitudo, anxietas, ita dicta quòd cor edat, & excruciet. [דאגה deaghah דאבה charadhâh. φροντίς. Gall. Cure, ſoin, ſoucy, chagrin. Ital. Cura, penſiero, travaglio. German. Sorg. Hiſp. Cura y cuidado. Polon. Staranie, troſka. Vng. Gond ſzorgalmatoſág. Ang. Care, ſtudie, labour, travell, ſollicitude, penſivenesse.] Terent. in Phorm. Cura & ſumptu abſumitur. Ennius apud Cic. de Senect. O Tite, ſiquid ego adjuto, curãmve levaſſo, Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa. Virg. 1. Aeneidos: quando hæc te cura remordet. Atque ex his locis intelligatur id quod Corn. Fronto in lib. de diff. vocab. ſcribit: Curam animi eſſe, hominemq; anxium reddere, & tàm in inhoneſtis rebus, quàm honeſtis verſari. ❡ Quandoque pro munere, quo curator fungitur: Vulgò Curatela dicitur, Vlpian. l. Hæres abſens. §. Siquis tutelam ff. de judic. Siquis tutelam, vel curam, vel negotium, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco adminiſtravit. Virgilius etiam apud inferos, inter monſtra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quaſi deas aliquas: & ultrices poſuêre cubilia Curæ. ❡ Quandoque ponitur pro ſtudio & diligentia: ut, Salus tua eſt mihi curæ: id eſt, ad ſalutem tuam ſtudium adhibeo. ❡ Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Mart. Teq; pigri curæ præmia ferre tuæ: id eſt, præmia operis abs te facti. ❡ Quandoq; pro amore. Virg. 4. Aeneid. At Regina gravi jamdudum ſaucia cura.

Curalis, le. [Vngar. Gondos.] Vt faſciæ curales peduleſq; apud Vlpianum D. lib. 34. Tit. 2. l. 25.

Curatura, æ, idem quod Curatio, ſive Cura. [Vn. Gond, gondviſelés. An. A diligent dreſſing or trimming.] cui opponitur, Non curatura, incuria. Cic. ad Q. Frat. lib. 2: Quod me admones de nõ curatura, ſuadeſq; ut meminerim Iovis orationem.

Curioſus, m. f. Nimium in inquirendo aut re aliqua agenda diligens: in bonam & malam partem ſumitur. [חרד charêdh, περίεργος, πολυπράγμων, πολυπραγμονῶν. Gal. Curieux, ſoigneux. Ital. Curioſo. Germ. Sorgfeltig, geſchefftig. Belg. Te veel ſorgende. Hiſpan. Curioſo y diligente. Pol. Chciwy do poznania każdej rzeczy, bieglj. Vn. Nyughatatlan, ſzemes, az ki mindennek végére akar menni. Ang. Curious, buſie, that laboureth in thinges to much.] Eſt igitur Curioſus qui multum, ſive diligenter aliquid curat. Cicer. Appio Pulchro: Ita eſt homo, non modò prudens, verumetiã æquus vir, curioſus. Et pro Seſtio: Etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, neque obducta ita, ut curioſis oculis perſpici non poſſit. In bonam quoque partem. Colum. li. 5, uſus eſt adverbio. Sin autem (inquit) ipſam vitem ſternere voles, juxta radicem ita ne ipſam lædas, curioſè fodito, μετ᾽ ἐπιμελείας. Similiter Incurioſe, ἀμελῶς, ἀπερισκέπτως. Gel. Siquis non incurioſè legat. Non eſt ergo curioſus, à parva tantum cura, uti Valla putavit, ſed etiam à diligenti & optima. De derivatione quoque quum dicit: Curioſus non tàm à cura, quàm à curia videtur deſcendere, cujus compoſitum magis eſt in uſu. Incuria, ἀμέλεια: id eſt, negligentia. Etſi curia à cura dicatur, non ei aſſentio, neque de compoſitione, ut à curia componatur incuria: ſed dico ita venire curioſus à cura, per adjectionem literæ i, quemadmodum & curia, niſi à curio ſumere velimus. Similiter Incuria per adjectionem i, liquet non à curia, ſed à cura cõponi, quod ſignificatio eorum apertè declarat. Nam cura & incuria, ſunt oppoſita, & ex contrario eorum ſignificatione facilè monſtratur incuria à cura componi: quoniam In, negativè ſtat: & alterius ſignificatio, ex contrario alterius edocetur: eo quòd ſicut cura, diligentia eſt, ita incuria negligentia, ut Cic. in Lælio oſtendit: Vituperanda eſt rei maximè neceſſariæ tanta incuria. Quod nõ ſignificaret, ſi à curia componeretur: nam eſſet locus à curia diverſus: quoniam curia locus erat, ubi curas publicas gerebant, & ubi cura ſacrorum publica. Nec adjectionem literæ i, in Curioſus, incurioſus, & incuria, niſi euphoniæ cauſa factum puto, quòd non rectè ſonet curoſus & incuroſus & incura. Curia verò accepiſſe i, arbitror, ut aliã à cura ſignificationem caperet, & nihilominus privati naturam ſemper oleret. ❡ Aliquando incurioſus capitur pro pingui, quod illi potiſſimùm qui omni prorſus cura ſunt liberi, pingueſcant. Vnde Apuleius in Florid. agnum egregiè obeſum vocat incurioſum. Alciat. in Rub. C. de Curioſ. & ſtatione lib. 12: Curioſi erant, qui paſſim delicta in re militari commiſſa nuntiabant. Scotus ad Theodoſium, ſcribit in officio magiſtri officiorum, eſſe curioſum unum curſus publici, quales ſunt magiſtri curſorum, Poſtmeiſter, vocabulo majoribus noſtris ignoto, appellari. Nam hi nobis primùm ſub Cæſare Maximiliano innotuerunt: Memoriam nanque patrum neglectam ejuſmodi curſorum, quos & nos voce Gallica Poſtes vocamus, conſuetudine Vicecomitum Mediolanenſium Ducum familiæ renovantis.

Cūrĭōsĭtās, f. t. Nimia cura, nimia diligentia. [חרדה charadhâh, πολυπραγμοσύνη. Gal. Curioſité, ſoin. Ita. Curioſità diligenza. German. Sorgfeltigkeit, geſchefftigkeit. Hiſpan. Curioſidad y diligencia. Polon. Piſność, opatrność. Vngarice, Felettéb valo ſzorgalmatoſág. Ang. Curioſitie, picked diligence.] Cicer. ad Attic. libro 2: Sum in curioſitate ὀξύπεινος: ſed tamen facilè patior te id ad me, &c.

Cūrĭōsē, adverb. Diligenter. [ἐπιμελῶς. Gal. Curieuſement, ſoigneuſement. Ital. Diligentemente, curioſamente. German. Sorgfeltiglich, geſchefftiglich. Hiſp. Curioſa y diligentemente. Polon. Dbale, doſtatecznie. Vngaricè, Felettéb ſzorgalmatoſon. Angl. Curiouſlie, with great paines and travell.] Cic. ad Attic. lib. 9: Quum de eo curioſè quæſiſſet ſervus noſter Dionyſius. Quintil. lib. 8. cap. 11: Quos curioſè potiùs loqui dixeris, quàm Latinè. Ab Incuria, Incurioſus, & incūrioſé. Plin. Rebellat ſæpè humor incurioſè datus.

Cūrĭă, f. p. Sedes ac templum publici conſilii. [בית הועד bedhaath. βουλευτήριον, βουλή. Gal. La court, le lieu deputé à conſulter des affaires publiques. Ita. Corte curia, luogo da conſultare de coſe publiche. Germ. Ein Rhathauß oder Richthauß, ein ort da man ſich uber vielerley Sachen beſorgens oder bedenckens annimpt. Belg. Dat Raethuys. Hiſp. Corte, lugar donde eſtà el conſejo. Pol. Ratuſz, dom radny. Vng. Vduar tanáts ház. Angl. A counſel, the place a plais where maters ar pleaded for.] Curia, inquit Feſtus, Locus eſt ubi publicas curas gerebãt. Cic. de Senect. Non curia vires meas deſiderat, non roſtra, nõ amici, non clientes, non hoſpites. ❡ Curiæ etiam nominantur populi partes, quales fuerunt eæ, in quas Romulus populum diſtribuit, numero triginta: quas quoniam tunc Reip. curam per earum partium ſententiam expediebat, Curias appellavit. His poſtea additæ aliæ quinque fuêre, ita ut omnino triginta quinq; eſſent. ❡ Curia Calabra, à Calando: hoc eſt, à vocando dicta eſt: quòd calata: hoc eſt, vocata in eam plebe, Pontifices pronuntiare ſolent, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent. ❡ Curia Hoſtilia, quam primùm ædificavit Hoſtilius rex Romanorum. ❡ Cicero pro Milone curiam vocat templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici, caput urbis aram ſociorum, portum omnium gentium, ſedem ab univerſo populo conceſſam uni ordini.

Cūrĭālēs, m. t. dicuntur, qui ſunt ejuſdem curiæ, ſicut Tribules, ejuſdem tribus. [φυλέται, σύνεδροι. Gal. Qui eſt d'une meſme cour. Ital. Della iſteſſa corte. Germ. Rhatsfreund, die von einem Gericht oder Rhat ſind. Bel. Ghilbroeders. Hiſ. Coſa de miſma corte. Pol. Radni panowie, ſpolnie radzący dobrem poſpolitym. Vng. Vduarbéliek,

*belick, egy vdvarbéliekhoz. (vagy) tanátsban valok.* An. *Of the ſame tribe or warde.*] Curiales flamines, curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis eſt appellata. Plaut. in Aulul. Nam neque quiſquam curialium Venit, neque magiſter quem dividere argentum oportuit. Cic. 2. Offic. Theophraſtus quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. ¶ Curialis idem aliquando quòd Decurio: id eſt, qui in colonia vel municipio tanquam Senator eſt L. 12. C. de Epiſcop. & cler. ubi qui Curialis primùm, paulò pòſt, Decurio appellatur.

Cūriātus, a, um, adject. [φρατρικός, ὁ τῆς φρατρίας. Vngaricè. *Vdvari.*] ut, Curiata lex, à curiatis comitiis dicta. Cic. ad Attic. Qui ſe affuiſſe dicerent, quum lex curiata ferretur. Et curiata comitia, conventus qui curiatim per lictorem cogebantur. Gell. lib. 15. cap. 27: Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur: id eſt, convocabantur: quorum erat pōtifices arbitri, teſte Cicerone pro Domo ſua. Idem pro lege Agraria: Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa centuriata auſpiciorum cauſa remanſerunt. De his vide plura in dictione COMITIVM.

Cūriātim, [κατὰ φρατρίας. Vng. *Vdvaronként.*] Homero: Gell. libro 15. cap. 27: Comitia curiata per lictorem curiatim calari: id eſt, convocari.

Cūrĭo, onis, m. t. Sacerdos curiæ. [ὁ φρατρίαρχος. Gal. *Le maiſtre d'une curie, leur ſacrificateur.* Ital. *Curione prete.* Germ. Der Oberſt auff einem Rhathauß / wie ein Zunfftmeiſter auff einer Zunfft. Hiſp. *Cura.* Polonicè, *Namieſtny rzadu pan, ſprawca wſzyſtkiey rady, ta-kowi ieſt marſzalek rrad.* Vng. *Vdvari pap.* Ang. *A curat, he that hath the ſpirituall charge of a warde or pariſhe.*] In curiis enim ſacerdotes ita res divinas curabant, ſicut Senatus res humanas in curia Hoſtilia curare ſolebat, ut ſcribit Varro. ¶ Non ineptè fortaſſis etiam noſtros hos ſacerdotes, quos vulgus *Curatos* vocant, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam *Curam* barbarè appellamus. ¶ Curio maximus, ἀρχιερεύς, dicebatur cujus autoritate curiæ, omneſq; curiones regebantur. ¶ Curiones quoque dicti ſunt præcones. Iul. Capitolinus: Ille per curionem dici juſſit, impoſturam fecit, & paſſus eſt. Euſeb. lib. 4. Eccleſiaſt. hiſt. Miſſo curione ad populum, jubet voce maxima proteſtari Polycarpum, tertiò confeſſum ſe eſſe Chriſtianum. Plautus verò in Aulul. Agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam maceratum confectumq;: unde à contrario Apuleius in Florid. agnum opimum & pinguem dicere volens, appellavit Incuriolum. Item Curiones dicti ſunt quidam Romani cives.

Cūrĭōnātŭs, us, Curionis dignitas.

Cūrĭōnĭă ſacra, Quæ à Curionibus in curiis fiebant.

Cūrĭōnĭum, Dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus. Feſt.

Cūro, as, are, act. p. Operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui ſtudere, incumbere, diligentiam curamq; adhibere. [שקד *ſchakádh* דאג *dagh* חרד *charádh* ἐπιμελέομαι. Gal. *Soigner, avoir cure & ſoin.* Ital. *Hauer cura, por cura, affaticarſi.* Ger. Sorgen/ fleiß anwenden. Hiſp. *Tener cuydado.* Pol. *Staram ſye.* Vngar. *Gondot viſelek, gondjat viſelem.* Ang. *To giue diligence, to trauail and be about to do any thing.*] In qua ſignificatione ponitur interdum abſolutè. Terent. in Andria: Perterrefacias Davum, obſerves filium Quid agat, quid cum illo conſilii captet. SOS. Sat eſt: curabo. Idem: Hanc fidem ſibi me obſecravit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem. DA. Curabitur. Et hoc aliquando cum Vt. Cic. Fam. 16: Cura igitur nihil aliud, niſi ut tu valeas. ¶ Aliquando cum Ne. Idem Famil. 2: Vnū illud te præcipuè rogo, ut cures nequid mihi ad hoc negotii, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Interdum cum accuſativo. Cic. Att. 8: Tu faſciculū, qui eſt M. Curioni deſcriptus, velim cures ad eum perferendū. Et Famil. 7: Mandatum tuum curabo diligenter: ſed homo acutus ei mādaſti potiſſimùm, cui expediret illud venire quāplurimi. Idem Att. 1: Signa, quæ curaſti, ea ſunt ad Caietā expoſita. Sic curare pecuniam ſignificat pecuniam ad diſſolvendum conficere, & comparare. πορίζειν. Idem: L. Cincio H S. DCCC. pro ſignis Megaricis, ut tu ad me ſcripſeras, curavi. ¶ Et Curare ſe, vel curare corpus, pro reficere. φιλοσωματεῖν. Plaut. Qui ſe, ſuamque ætatem bene curant, edunt, bibunt, ſcortantur, illi ſunt alio ingenio atq; tu, qui neq; tibi eſſe pateris, & illis, quibus eſt, invides. Cic. Famil. 16: Cura igitur te, & confirma. Virg. Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus. ¶ Significat quoq; hoc verbum mederi, curationem adhibere. [רפא *rapha*, ἰάομαι, θεραπεύειν. Pol. *Lecżyę.* Vng. *Gyogitani.* An. *To cure, to make whole.*] Cic. de Senect. Adoleſcentes graviùs ægrotant, & triſtiùs curantur. Idem in Piſon. Et quum iſto fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te uti valetudinis, quod diceres vinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari. ¶ In paſſiva ſignificatione ſic uſus eſt Cicero Tuſc. 3: An quum corpora curari poſſint, animorū nulla medicina ſit? Et cum ablativo, addita præpoſitione Ab. Idem pro Cluent. Mulier exclamat ſe ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. Cic. Acad. lib. 2: Quis enim poteſt, quum exiſtimet à deo ſe curari, non & dies & noctes divinum numen horrere? Hujus compoſita ſunt, Accuro: unde Accuratus, & adverbium Accuratè, Concuro, Procuro, Percuro, quæ vide ſuis locis. ¶ Aliquando Curare ſignificat Colere, θεραπεύειν, ut Plin. Epiſt. lib. 1. de Regulo: Eſt enim locuples, curatur à multis, timetur è pluribus.

Cūrātŭs, participium, Cum diligentia & cura factus. [בריא *bari.* ἐπιμελὴς. Gal. *Fait avec ſoin & cure.* Ital. *Fatto con cura & diligentia.* Ger. Verſorget/ mit fleiß außgericht/ oder gemacht. Hiſ. *Hecho con mucho cuydado.* Pol. *Opatrzony.* Vng. *Gondal ſoratott.* Ang. *Doone with care and diligence, ſene to.*] Bene curata cuticula, tidus, Horat. 1. Epiſt. Plin. lib. 18. cap. 6: Adduxit filiam validam atque bene curatam ac veſtitam.

Cūrātē, adverbium, Accuratè. [ἐπιμελῶς. Gal. *Diligemment, ſoigneuſement.* Ital. *Diligentemente, con attentione.* Germ. fleißiglich. Hiſp. *Con mucho cuydado.* Polon. *Pilnie.* Vng. *Gondal, gondoſan leſſel.* Ang. *Diligentlie and well.*] Tacit. li. 2: Ejus negotii initium, ordinem, finem, curatiùs ediſſeram.

Cūrātŏr, m. t. procurator. [דאג *dag* חרד *charádh* פקיד *pakid*, ἐπιμελητής, προστάτης, ἐπίτροπος, ἐπιμελούμενος, κηδεμών. Gal. *Curateur, qui a la charge & le ſoin de quelque choſe.* Ital. *Curatore, tutore.* Ger. Ein Verſorger/ Schaffner/ Pfleger. Bel. Een voorſienſter. Hi. *Curador.* Pol. *Dozorca, ſprawca.* Vng. *Gond viſelo.* An. *A curatour, that hath the charge of any thing.*] Generali nomine dicitur præpoſitus alicui negotio: ut reficiendis muris curator Demoſthenes fuit. Cic. de Optim. gener. orat. ¶ Curatores urbis, & annonæ ædiles, Idem 3. de Legib. Inſtitut. de Curatoribus § 1. Maſculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes, uſque ad viceſimum quintum annum completum curatores accipiunt, quia licet puberes ſint, adhuc ejus ætatis ſunt ut ſua negotia tueri non poſſint. Feſtus ſcribit, Curatorem eſſe, qui pupillo loco tutoris datur, quaſi qui pupillarium bonorum curā gerat. Ejus officium vocabatur Curatura aut Curatoria.

Cūrātĭo, onis, f. t. Cura, provincia alicui delegata, procuratio, munus. [דאגה *deaghah* פקדה *pekuddah*, ἐπιμέλεια. Gal. *Cure ou guariſon.* Ital. *Cura, guarire.* German. Ein ſorg oder etwas ſo einem auffgelegt iſt. Belg. Een ſorginghe. Hiſpan. *Curadoria, cuydado.* Polon. *Dopyznie, opieka.* Vngar. *Gond viſelés.* Angl. *A curing or healing.*] Cic. ad Attic. lib. 15: Ego quod eram mecum in via, ſuadere, ut uteretur curatione Aſiatica frumenti: nihil eſſe jam reliqui quod ageremus, niſi ut ſalvi eſſemus. Idem 1. de Nat. deor. Ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent. ¶ Curatio item, ſive curatela, eſt poteſtas adminiſtrandi bona ejus qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporiſve vitium ſuis rebus præeſſe non poteſt: in qua ſignificatione Iuriſconſultis uſitatum. ¶ Curatio item pro medendi ratione ponitur. Cic. in Epiſt. De medico bene exiſtimari ſcribis, ſed ejus curationes non probo.

Cūrātūră, Curatio. [ἐπιμέλεια, θεραπεία. Vn. *Gondviſelés.*] Teren. Eun. Deducūt cibū. Tametſi bona eſt natura, reddūt curatura.

Cūrātōrĭă, æ, f. p. Munus curatoris adulti. [ἐπιτροπή, ἐπιτροπεία, ἐπιτροπεύειν, ἐπιτρόπευσις. Gal. *Curatele, office & charge de curateur.* Ital. *Vfficio & carico di curatore.* German. Das Ampt eines vormünders. Hiſ. *Curadoria, lo officio del curador.* Polon. *Opieka.* Vng. *Egy embernek gond viſelése.* Ang. *The office of a curatour.*] Herm. in l. 1. ff. de Excuſ. tutor. Conſcribens librum (ut mihi videtur) utiliſſimum, quem excuſationem tutelæ, & curatoriæ vocavi, huc tibi miſi. Ibidem l. 2.

Cūrax, cis, adjectivum, Diligens, curæ & vigilantiæ plenus. [שקד *ſchakédh* חרד *charédh* דאג *dagh*. ἐπιμελής, ... Gal. *Diligent, ſoigneux.* Ital. *El que diligente, vigilante.* Ger. fleiſſig/ ſorgfeltig/ gar ſorgſam. Hiſ. *El que tiene mucho cuydado.* Pol. ... Vn. *Gondos, ſzorgalmatos gondoſkodó.* An. *Diligent, buſſie.*] Caius, l. Siquid venditor. ff. de Aedil. edic. Verbi gratia, ſi conſtantē, aut laborioſum, aut curacē, aut vigilantē eſſe, aut ex frugalitate ſua peculiū acquirerē affirmaverit, & ex diverſo levis, protervus, deſidioſus, ſomniculoſus, tardus, comeſſor, inveniatur.

Curcŭlĭă, f. p. Nautæ Curculias vocant funes illos, quibus in tempeſtatibus obortis utuntur.

Curcŭlĭo, pen. cor. hujus curculionis, maſc. gen. Animal parvum, frumentum corrodens: quaſi gurgulio, eò quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur videatur. [κίς. Gal. *Vne petite beſte ou vermine qui ronge le froment, calendre, il ate petiſſe ou charenſon.* Ital. *Tignuola.* Ger. Wibling oder Würme die das Korn freſſen und außhölen. Belg. Een coren worme. Hiſpan. *Gorgojo.* Pol. *Robak kaſzy pſzo, mol zboży.* Vng. *wege.* Ang. *A lytle worme or worme called a mite or weuill.*] Virgil. 1. Georg. -populatque ingentem farris acervum Curculio. Colum. lib. 1. cap. 6: Farra ab noxa curculionum & ſimilium animalium commodiſſimè videtur fruges conditas defendere. ¶ Curculio tranſlatè pro pene. Perſius Satyr. 4: Quare dentoſus curculio crepitat. ¶ Eſt præterea Curculio, via patens, ſeu fiſtula colli exterior, per

tior, per quam ſpiritus attrahitur, atque emittitur. [illegible]. Conſtat autem hæc ex cartilagine molli & flexuoſa, quaſi ex annulis in catenæ modum compactis, ſed imperfectis. ❡ Dicitur etiam ſpiritalis fiſtula, quæ ſemper patet, ut ſpiritus liberũ habeat exitum, qui ad pulmonem corque defertur. *Tracheam arteriam* medici appellant: Plinius arteriam aſperam: cujus operculum eſt epiglottis. Scribitur autem Curculio per c, non Gurgulio per g, ut conſtat ex argumento Plautinæ Comœdiæ, quam Curculionem inſcripſit, in qua primæ verſuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

Cūria, Curiales, Curiatus, Vide CVRA.

Cūrio, Curioſus, Vide CVRA.

Curis. Lingua Sabinorum haſta dicitur. [ Pol. *Kopya.* Vng. *Kopia.*] Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, eſt dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur. Curitim Iunonē appellabãt, quia eādem ferre haſtam putabant. Feſtus. Vide Macrobium lib. 1. Satur. cap. 9, & Servium in 1. lib. Aeneidos.

Cūrmi. Ex maceratis & coactis frugibus potus. [ Pol. *Piwo.* Vngar. *Bogaſer.*] Vlp. l. ſi quis. ff. de Tritic. & Vin. leg. Igitur & zytum, *inquit*, quod vini numero paterfamilias habuit, & zythum & curmi, & cætera, quæ pro hominum affectione atque ſummo vini habebuntur.

Cūro, curas. Vide CVRA.

Curmundula, pyra erant gratiſſimi ſaporis, cortis teneri mi, quapropter à multis nequaquam cortio detracto edebantur.

Curotrŏphium. [ *κουροτροφεῖον.* Pol. *Dom ſi [illegible].* Vngar. *Gyermektartó ház.* Ang. *An houſe appoynted for bringing vp of children.*] Domus alendis pueris deſtinata. *κοῦρος* enim puerum ſignificat. Vtitur Iuſtinianus in l. 16. C. de ſacroſanct. eccleſ. Dictum autem à *κουροτροφεῖν*, quòd in hoc infantes recenteſq; parvuli aut expoſiti, aut parentibus egentibus nati alebantur: & illo puri grandiuſculi qui nondum labore ſuo victum ſibi parare poterant. Ex Hotomano.

Curro, is, cucurri, curſum, n. ſ. cujus compoſita quandoq; geminant ſyllabam, quandoq; non. [ רץ *ratz.* *τρέχω.* Gall. *Courir.* Ital. *Correre.* Ger. *lauffen.* Belg. *loopen.* Hiſp. *Correr.* Pol. *Biegę.* Vng. *Futok.* Ang. *To runne.*] Virg. lib. 4: decurrere jugis, alii de parte patentis Tranſmittunt curſu campos. Cato contra Piſonē: Video hac tempeſtate concurriſſe omnes adverſarios. Terent. in Hecyr. Vna illarū interea propere pr ocurrit. Eſt autē currere, citò ire, gradum præcipitare, intenta celeritate viā quaſi vorare. Cic. ad Att. 10: Præterit villā meā Curio, juſſitq; mihi nuntiari mox ſe venturum: cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur. Sic Currere curſum, Currere ſpatiũ dicimus. ❡ Interdum accipitur pro fluere, *ῥεῖν*. Virg. 3. Georg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Plin. lib. 11. cap. 51: Doliis eminentibus currit eadem, concavo vel recto parietum ſpatio. Sic & Cicero Currere orationem dixit 1. de Finib. ❡ Fruſtrà currere, *εἰς κενὸν τρέχειν*, pro eo quod eſt, Fruſtrà laborat. Vſus eſt D. Paulus compluribus locis. Sumptum ab iis qui in ſtadio curſu certant. Celebris eſt hic ſenarius, [illegible], quod eſt, temerarius labore currit irrito. ❡ Huic finitimū eſt, Nec currimus, nec remigamus, *οὔτε θέομεν, οὔτε ἐλαύνομεν*.

Currens, participium. [ רץ *ratz.* *τρέχων.* Gall. *Qui court.* Ital. *Che corre.* Ger. *lauffend.* Belg. *loovend.* Hiſp. *El que corre.* Pol. *Biegący.* Vng. *Futo.* Ang. *That runneth.*] Vnde Currentem incitare, *τὸν τρέχοντα ἐλαύνειν*, proverbialiter dicimus, pro incitatum jam, & ſponte aliquam incumbentem inſtantius hortari vel impellere. Cicer. ad Attic. Quod me hortaris ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, currentem tu quidem.

Curritur, imperson. Terent. in prologo Heaut. Si qua laborioſa eſt, ad me curritur.

Curſo, ſas. Sæpè, vel multum curro. [ *πολλὰ τρέχω.* Gall. *Courir ſouvent, maintenant ça, maintenant là.* Italice. *Correre ſpeſſo.* German. Hin vnd her lauffen/ lauffen eins lauffens. Belg. *loopen ſeer.* Hiſp. *Correr amenudo.* Pol. *Biegam.* Vng. *Futoſok.* Ang. *To runne much or often.*] Cicer. 1. de Divin. Fuſcaque nonnunquam curſans per littora cornix. Idem pro Roſc. Amer. Poſtea homines curſare ultrò & citrò non deſtiterunt. Idem de Seneſt. Quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent. Terent. in Hecyr. Trepidari ſentio, & curſari horſum, ſurſum.

Curſito, as, n. p. frequentativum. [ *διατρέχω.* Gall. *Courir çà & là.* Ital. *Correre quà & là.* Germ. Hin vnnd her lauffen. Hiſp. *Correr à menudo.* Polon. *Przebiegam ſię.* Vngar. *Ala i ſel futoſok.* Angl. *To runne vp and downe, hither and thither.*] Diomedes: Sunt & quædam iteratīvorū iterativa, quæ ſæpè in tres gradus deducunt verba, quale eſt Video, deinde Viſo, & quod plus eſt, Viſito. Item Curro, deinde Curſo, & Curſito. Terent. in Hecyr. Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ita curſitando atq; ambulando totum hunc contrivi diem. Idem Evnuch. Nequis fortè internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet.

Curſus, us, m. q. & Curſio, Currendi actum ſignificant: & tàm de navigante & equitante, quàm pedibus iter faciente poteſt intelligi. [ מרוצה *merutſah.* *δρόμος.* Gall. *Court, courſe.* Ital. *Corſo, il correre.* Germ. Ein lauff. Belg. Eenen loop. Hiſp. *Corrida.* Pol. *Bieg.* Vng. *Futás.* Angl. *A courſe, a running, a raſe.*] Plin. libr. 12. cap. 19: Hi recto curſu per ſinus impellunt. Cic. ad Caſſ. Sin oppreſſus ibi erit, omnis hominum curſus eſt ad vos. ❡ Curſus exhibitio, pro rationum relatio, quaſi totius procurationis ac muneris ſui diſcurſus, ſive *διαδρομὴ* edatur. Hotomanus.

Curſura, æ, idem quod Curſus. [ *δρόμημα.* Vng. *Futáſ.* Ang. *A raſe, a running.*] Varr. Equi alii ſunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admiſſuram, alii ad curſuram.

Curſor, m. t. Qui currit. [ רץ *ratz.* *δρομεύς.* Gall. *Coureur, courſier.* Ital. *Corſore, corritore, ſtaffiero, corriero.* Germanice, Ein lauffer. Belg. Een looper. Hiſpanice, *El trotero à correo ò corredor.* Pol. *Poſel, kurſſor, biegacz, poſłaniec.* Vng. *Futo.* Ang. *A runner.*] Cic. 1. Tuſc. In ſtadio curſores exclamant quàm maximè poſſunt. Plaut. Merc. Genua hunc curſorem deſerunt. ❡ Curſor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Martial. Curſorem ſextà tibi Rufe remiſimus hora.

Curſorius, a, um, Quod ad curſum pertinet: ut Navis curſoria. [ *δρομικός.* Gall. *Propre pour courir.* Ital. *Ciò che s' appartiene à corſo.* German. Das zu dem lauff gehört. Hiſp. *Coſa ordenada para correr.* Polon. *Do biegu ſpoſobny.* Vngar. *Futásbeli valo.* Angl. *Proper to runne.*] Sidonius: Typhim curſoriam aſcendi.

Curſim, adverb. Currendo, curſu. [ *δρομαίως.* Gallice. *En courant.* Italice, *Correndo.* German. Mit lauffen/ im lauff. Belg. Snel. Hiſpan. *De corrida y atrabatadamēte.* Pol. *Biegiem, w [illegible].* Vng. *Futua.* Anglice, *By running.*] Plaut. Pœnul. Niſi ego illum jubeo quadrigis curſim ad carnificem rapi. Cic. 11. Philipp. Alter in Aſiam irrupit curſim. Plin. Epiſt. 40: Super hanc liber legebatur, annotabatur, & quidem curſim.

Currus, us, m. q. Vehiculum: [ רכב *rechob* מרכבה *merchabah.* *ἅρμα, ὄχημα.* Gal. *Char, chariot.* Ital. & Hiſpan. *Carro.* Germ. Ein Wagen/ oder Karch. Pol. *Kocz, woz.* Vngar. *Szekér.* Ang. *A cart or chariot.*] dictum ab eo, quòd eo veteres uterentur ad curſum. Virgilius 12. Aeneidos: Quadrijugo vehitur curru. Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ continentur. Vnde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. ❡ Per tranſlationem ponitur pro triumpho. Cic. ad Caton. libr. 5: Quem ego currū, aut quam lauream cū tua laudatione conferrem? ❡ Currus bovem trahit, *ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει*. De re quæ præpoſterè geritur. Quod Galli ſua lingua eleganter dicunt, *Mettre la charrue devant les bœufs.* Lucian in Terpſione. ❡ De curru delapſus, *ἐξ ἁμάξης πεσών*. In hodiernū vulgò quoq; durat adagium, in eum qui oblitus propoſiti, aliò ſe trāsfert, aut qui in ſententia labaſcit. Ariſtoph. in Ranis.

Curriculum, n. ſ. diminutivum, Breviſſimum vehiculi genus, quod eo veteres ad curſum in ludis Circenſibus uterentur. [ *τὸ ἁρμάτιον.* Gall. *Petit char, ou chariot.* Ital. *Picciolo carro, carretta.* Germ. Ein kleiner Wagen oder Karch: welchen man braucht zu dem rennen/ ein Renn-wagen. Hiſpanice, *Carro pequenno.* Pol. *Woźek lekki do prędkiej jazdy.* Vng. *Kicsid ſzekerecske.* Ang. *A litle cart or chariote.*] Plaut. Merc. Quin pedes vos in curriculum conjicis? Curt. libr. 8: Aliorum turbati equi, in amnem præcipitavere curricula. ❡ Curriculũ etiam ponitur pro curſu ipſo. [ מרוצה *merutſah.* *δρόμος, διάδρομος.* Gall. *Court, courſe.* Ital. *Corſo.* Hiſpan. *Corrida pequenna.* Pol. *Bieg.* Vngar. *Folyo futás.* Ang. *A courſe a running.*] Cicero 2. de Legib. Ludis publicis, quod ſine curriculo, & ſine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderante, eam cum divūm honore jungunt. ❡ Curriculum vitæ. Cicer. pro Rabir. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ. ❡ Item Curriculum ſignificat tempus. Virg. lib. 8: Inde ubi prima quies medio jam noctis abactæ Curriculo, expulerat ſomnum: id eſt, medio tempore. ❡ Curriculum item locum ſive intervallum ubi curritur denotat, à carceribus ad calcem: Græci *στάδιον* appellant. [ Gall. *Lieu pour courir.* Ital. *Luogo da correre.* Germ. Ein auſgeſetzter plan in welchem man laufft. Hiſpan. *La carrera ò lugar donde corren.* Vngar. *Folyo futo hely, kéz.*] Horat. 1. Carm. Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegiſſe juvat.

Curriculò, adverbium, pro Curſim. [ *δρομαίως, δρομικῶς.* Gall. *En courant haſtivement.* Ital. *Correndo preſtamente, ratto, in fretta.* German. Im lauffen/ ſchnal/ eilends/ flucks/ lauffingen. Hiſpan. *De corrida, arrabatadamente.* Polon. *Wskok biegiem.* Vng. *Futua, gyorſan.* Ang. *Spedelie, by running.*] Plautus Epid. Nam ut apud portum te conſpexi, curriculò occœpi ſequi. Terent. Heavt. Curriculò percurre.

Curruca. Parva avis, quæ alienos pullos pro ſuis educat. [ *ὑπολαΐς, ὑπολάϊς.* Gall. *Vn verdon, petit oiſeau qui nourrit les petits d' vn autre penſant que ce ſoyent les ſiens.* Ital. *Vccello picciolo, che alleva gli altrui figliuoli penſando che ſiano ſuoi.* Germ. Iſt ein vögelin das frembde junge für die ſeinen erziehet vñ auffzeucht. Etlich nennen es ein graßmuck. Hiſ. *La ave que cria los hijos del cuclillo.* Pol. *Piegża.* Vng. *Nyomorék.* An. *An hedge ſparow, or titling.*] Iuvenal. Sat. 6: Tu tibi nunc curruca places, fletumque labellis Exorbes.

Curſus, Curſim, Curſito, Curſor, Curſura, Curſo. Vide CVRRO.

Curtus, ta, tum, Brevis, parvus, mutilus. [קִצֵּר katſer קָטָן katán גָּדוּעַ ghadhuáh. κολοβός. Gall. Court, petit. Ital. Corto, breve. Ger. Kurtz/geſtümpt. Belg. Gecort. Hiſp. Coſa mellada, mengada, eſcaſſa, ò corta. Pol. Krotky, kuſy. Vngar. Kurta, rövid. Ang. Short, litle.] Horat. Nunc mihi curto Ire licet mulo, vel ſi libet, uſq; Tarentum. Sic Curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Perſius Curtam ſupellectilem, pro exigua: & Cicero Curtam ſententiam: hoc eſt, decurtatam. Celſus quoque lib. 7. cap. 9. in auribus, naribus, ſeu labris curta appellat, partium illarum deformitates, particulæ alicujus defectu provenientes.

Curto, as, diminuo. [קִצֵּר katſár. κολούω, ὦ. Gall. Accourſir, appetiſſer, diminuer. Italicè, Accorciare, diminuire. German. Kurtzer machen oder beſchnitten machen. Hiſpan. Mellar, ò menguar, ò cortar. Polonicè, Vkracam, ujmuję. Vngar. Meg kurtitom, röuiditöm. Anglice, To ſhorten, to abbridge.] Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum, &c. A' quo Decurto. κολούω.

Curvāmen, Curvatura, Vide CVRVVS.

Curulis, & hoc curule, om. t. adjectivum eſt à curru formatū, abjecto altero r, ut Aedilis curulis, dignitas curulis: & apud Horatium, ebur curule: Cuilibet (inquit lib. 1. Epiſt.) hic faſces dabit, eripietq; curule, Cui volet importunus, ebur. Nam ſenatores qui curulem magiſtratum: hoc eſt, majorem honorem gerebant, honoris gratia in curiam vehi ſoliti erant curru, in quo ſella erat eburnea, ſupra quàm conſiderent. Gell. lib. 3. cap. 18. ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipſa ſella: quia facile poteſt intelligi ejus ſubſtantivum. Lucan. lib. 3: Prætor adeſt vacuæq; loco ceſſere curules.

Curvus, a, um, Inflexus, tortus. [כָּפוּף chaphuph נִשְׁחָה naſchách. ἐπικαμπής, καμπύλος. Gall. Courbe. Ital. Torto, piegato. German. Krumb. Belg. Crom. Hiſp. Corvo, ò corcobado. Pol. Krzywy. Vng. Horgas. Ang. Bowed, crooked.] Virg. 2. Georg. Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem. Tibul. Et properat celeri curva ſenecta pede. Virgil 3. Aen. -& littore curvo. A' quo incurvum, valde curvum. Terent. in Evnuch. Incurvus, tremulus, labiis demiſſis. Donat. Incurvus, valde curvus. κυρτός. Procurvus, idem. Virg. 2. Georg. -neque illa procurvam Expectant falcem. Recurvus, idem quod ſimplex curvus. Virg. 7. Aen. -cornuq; recurvo Tartaream intendit vocem.

Curvo, as, act. p. Flecto, vel curvum efficio. [כָּפַף chaphah הִשְׁחָה heſchách הִכְרִיעַ hichriah. καμπυλόω, κάμπτω, κυρτόω. Gall. Courber, faire courbe & panché. Ital. Piegare, torcere. Ger. Krümmen/biegen. Belg. Crommen. Hiſp. Encorvar ò corcobar à otro. Pol. Nakrzywiam, nachilam, naginam. Vng. Meg horgaſitom. Ang. To bowe or crooke.] Virg. 2. Georg. -Ituræos taxi curvantur in arcus. Lactant. libr. 2: Quia curvant cœleſte animal ad veneranda terrena. Plinius libro 16. cap. 42: Et palmæ arbor invalida: in diverſum enim curvatur. ¶ Hujus compoſita ſunt, Accurvo, quod eſt juxtà curvo. Colum. lib. 4: Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta & accurvata, quum deponeretur, cœperat vitium. Recurvo, & incurvo, vide ſuis locis.

Curvātus, participium, Flexus. [נִשְׁחָה naſchách. κεκυρτωμένος, καμφθείς, ἀγκύλος. Gall. Courbé. Ital. Piegato, inarcato. Germ. Gekrümbt/gebogen. Hiſpan. Corcobado. Pol. Nakrzywiony. Vng. Meg horgaſitatot. Ang. Made crooked or bowed.] Stat. 5. Syl. Et ſimulant feſſos curvata cacumina ſomnos.

Curvātio, verbale, f. t. Flexio. [ἐπικαμπή. Gall. Courbement. Ital. Piegamento. German. Ein krümbe. Hiſpan. Encorvadura, corcoba. Polonicè, Nakrzywienie. Vngar. Meg horgaſitás. Ang. A crooking or bowing.] Plin. li. 17. cap. 23: In curvatione materiæ. Curvatio vitis, Columell. lib. 4. cap. 12.

Curvātūra, ræ, f. p. Curvatio, flexio. [καμπυλότης. Gall. Courbeure. Ital. Piegatura. Ger. Krümbung/biegung. Hiſp. Encorvadura, corcoba. Polon. Naginanie. Vng. Horgaſſág. Ang. A bowing, crookind.] Plin. lib. 17. cap. 19: Ne curvatura fugiat. Ovid. 2. Metamorph. -aurea ſummæ Curvatura rotæ.

Curvāmen, n. t. Curvatio, ſive curvitas. [ἐπικαμπή, κλίσις. Gall. Courvement, courbeure. Ital. Piegatura, incurvatura. Ger. Krümbe/bucht. Belg. Cromte. Hiſp. Encorvadura ò corcoba. Pol. Nachyleniſie. Vng. Horgaſſág. Ang. Crookedneſſe.] Ovid. 2. Meta. Sectus in obliquum eſt lato curvamine limes. Gel. Sub alio atq; alio cœli curvamine.

Curveſco, n. t. Curvus fio. [κυρτοῦμαι. Pol. Krzywim ſię ſtáie. Vn. Meg horgaſodom, horgaſodek. Ang. To bowe downe and waxe crooked.] Hujus compoſitum eſt Incurveſco: quo uſus eſt Cicer. 3. Tuſc. Ramos baccarum ubertate incurveſcere.

Curvĭpēs, Qui curvos pedes habet. [ἀγκυλόπους. Pol. Ten który ma nogi krzywe. Vngar. Horgas lábú.]

Curvĭfrons, qui frontem curvatam habet, ut pecudes. [Polon. Ten który ma nakrzywione czoło. Vng. Horgas homlokú.] Pacuvius apud Nonium: Tu curvifrontes paſcere armenta ſoles.

Cuſo, cuſas, Vide CVDO.

Cuſpĭs, pidis, fœminini generis, Acuta pars gladii, haſtæ, clavi, & hujuſmodi. [דָּרְבָן darbán. ἐπιδορατίς, αἰχμή. Gall. Poincte, ou bout aigu & poinctu. Ital. Punta. Ger. Ein ſpitz an einem ſchwert/ſpieß/nagel/&c. Hiſp. Punta, ò agudeza de arma. Pol. Spinka, koniec u noża, igły miecza, &c. Vng. Valaminek a hegye. Angl. The poynte of a weapon, a ſpeare or arrow head.] Martial. -Aetola cuſpide fixit Aprum. ¶ Cuſpis longa, pro veru. Martial. lib. 14: Spumeus in longa cuſpide fumet aper. ¶ Cuſpides, pro tubulis fictilibus. Varr. 1. de Re ruſtic. cap. 8: Inde enim aliquot colligatas libras demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos Cuſpides appellant, qua humor adventitius tranſire poſſit. ¶ Hinc componitur Tricuſpis, adjectivum, τριγλώχιν, quod tres habet cuſpides, qualis fingitur eſſe Neptuni tridens. ¶ Per haſtæ cuſpidem currere, δι' αἰχμῆς δραμεῖν, dicebantur qui in rem magnopere periculoſa verſarentur: αἰχμὴν enim haſtam ſive haſtæ cuſpidem vocant.

Cuſpĭdo, as, n. p. Cuſpidem rei alicui induco. [הַלְבִּיב דָּרְבָן hilbib darbán. ἐπιδορατίζω. Gall. Bailler ou faire poincte, aiguiſer en pointe. Ital. Far la punta à qualche coſa. German. Spitzen/ſpitz machen. Hiſpan. Aguzar ò hazer punta. Pol. Zakonczam, zaoſtrzam. Vng. Meg eleſitöm, hegyeſitöm. Ang. To mak poynte or ſharpe.] Quo verbo uſus eſt Plin. lib. 11: Vrorum cornibus Barbari Septentrionales potant, urnisq; binis capitis unius cornua implent: alii præfixa his pira cuſpidant.

Cuſpĭdātus, m. ſ. Qui cuſpidem habet. [ἀκιδωτός. Gall. Ayant une poincte, aiguiſé en poincte. Ital. Pontuto. Germ. Geſpitzt. Hiſpan. Coſa con punta. Pol. Kończaſty. Vngar. Eles, hegyes. Ang. Poynted or ſharpe lik a poynte.] Plin. lib. 18. cap. 19: Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla.

Cuſpĭdātim, adverb. idem eſt quod acutè, & ad ſimilitudinem cuſpidis. [κατ' ἀκμήν. Gall. Par la poincte, par le fin bout. Ital. Acutamente, aguzzamente, in punta. German. Dem ſpitz nach oder mit dem ſpitz. Hiſpan. De punta ò con punta. Polon. Na ſpiczaſto, koncżyſty. Vng. Hegyeſen. Angl. Poyntewiſe.] Plin. lib. 17. cap. 14: Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus.

Cuſtos, odis, com. t. Qui rem aliquam tuetur & curat. [שׁוֹמֵר ſchomér. φύλαξ. Gall. Garde, gardien. Ital. Cuſtode, guardiano. Ger. Ein hüter/oder hüterin. Belg. Een verwaerder. Hiſp. Guardador. Pol. Stroz. Vng. Oruzo (aviagy) orizö. Ang. A keeper that keepeth any thing.] Terent. in Evnuch. Númnam tu hic relictus es cuſtos, Nequis fortè internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet? Interdū etiam Cuſtos ſignificat prohibitorem: ut apud Virgiliū de Priapo: Et cuſtos furū atq; avium. Ibi enim cuſtos furum non dicitur, qui eos cuſtodit, ſed qui eos arcet. Vnde cuſtodē illū dicimus, qui curat nequis injuſſus ingrediatur. θυρωρός. Cuſtos horti, qui prohibet aliquē in eum ingredi, vel damnū facere. κηπωρός. ¶ Cuſtos ſacrorum, Qui ſacra miniſtrat atq; obſervat. ζάκορος. Virgil. 8. Aen. At domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri. ¶ Cuſtos eſt diuturnitatis metus. Cicer. lib. 2. Offic. Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis metus. ¶ Cuſtos etiā dictus fuit in judicio, cui curæ erat accuſatorem obſervare ne à reo corrumperetur. Cic. in Divinat. in Verrem: Cuſtodē, inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad capſas meas admiſero? qui nō ſolùm nequid enunties, ſed etiam nequid auferas, cuſtodiendus ſis. Et paulò poſt: Etenim fides mea cuſtodem repudiat, diligētia ſpeculatorem reformidat. ¶ Cuſtodes etiam in vitibus dicuntur novelli palmites, duarū vel trium nō amplius gemmarū, qui alio nomine reſeces, aut præſidiarii palmites vocantur. Plin. lib. 17. cap. 22.

Cuſtōdĭo, is, ivi, itum, act. q. Servo, obſervo, adſervo, tueor, privata cuſtodia contineo. [שָׁמַר ſchamár נָצַר natſár. φυλάσσω, φρουρέω. Gall. Garder. Ital. Cuſtodire, guardare. German. Bewaren/behüten/behalten. Hiſpan. Guardar. Polon. Strzegę, chowam. Vng. Orizkö. Angl. To keepe.] Gellius libro 2: Parſimonia apud veteres Romanos, & victus, atque cœnarum tenuitas, non domeſtica ſolùm obſervatione ac diſciplina, ſed publica quoque animadverſione, legumque complurium ſanctionibus cuſtodita eſt. Cicero Dolabellæ: Fac ut diligentiſſimè teipſum mi Dolabella cuſtodias. Cuſtodio, pro obſervo. Qu. Cicer. de Petit. Conſul. Fac itaque ut ſe abs te cuſtodiri atque obſervari ſciant. Cicer. 1. in Catil. Oculi & aures omnium te ſpeculantur & cuſtodiunt.

Cuſtōdĭă, ſtodiæ, f. p. Præſidium, vigiliæ, excubiæ. [מִשְׁמֶרֶת miſchméreth מִשְׁמָר miſchmár. φυλακή. Gall. Garde, le guet & garde qu'on fait ſur aucuns. Ital. Guardia. German. Ein hut/wacht oder achthabung. Belg. Wacht. Hiſp. La guarda. Pol. Straz, ochrona. Vng. Orizet, öriʒet, vigyázás. Ang. A keeping or the watch.] Horat. libr. 1. Epiſtol. -ut piger annus Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. Celſus lib. 2. cap. 2: Qui iſta nunquam ſine cuſtodia ſui tuta habuit. ¶ Sæpè etiam poſitum invenitur pro ipſo loco, in quo quis cuſtoditur: hoc eſt, pro ipſo carcere. [אַשְׁמוּרָה aſchmureth. τὸ φυλακτήριον. Gall. Le lieu où on eſt gardé & ſerré, comme une priſon. Ital. Guardia, prigione. German. Ein gefengknuß/das ort an welchem einer verhütet wird. Hiſpan. Carcel

ego è terra. Polon. *Taruz.* Vng. *Tömlöcz, fogház.* Ang. *A place to keep any thinges, as a priſon.*] Colum. lib. 1: Nam illa ſolennia ſunt omnibus circumſpectis, ut ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter vincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ munitæque ſint. ¶ Quandoque etiam ponitur pro eo qui cuſtodit [ φύλαξ. Vngar. *Őriző.* Gallice. *Le garde.* Ital. *Guardia, guardiano.* Germ. Hüter oder Wächter. Hiſpan. *Guardador, la guarda.* Polon. *Stróż.* Vngar. *Őriző alat valo fogoly.* Angl. *He that kepeth, the watch.*] Tibullus: Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia victa eſt. ¶ Quandoque pro eo qui cuſtoditur. [ אסיר ὁ ἐν τῇ φυλακῇ. Gall. *Celuy qui eſt gardé, priſonnier.* Italice *Prigioniero, guardato.* Germanice, Ein verhüteter oder gefangner. Hiſpan. *Guardado.*] Sueton. in Domit. Nec aliſecretò atque ſolus, pleraſque cuſtodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. Et Digeſt. de reorum cuſtodia ſcribitur: Ne quis receptam cuſtodiam ſine cauſa dimittat. Et alibi: Si cuſtodia ſe interfecerit, vel præcipitaverit, militis culpæ adſcribitur.

Cuſtodela, f. [Polon. *Więzienie.* Vngar. *Fogház.*] Idem ſignificare videtur quod vincula: prior tamen vox non niſi publicam complectitur, poſterior & publicam & privatam. l. vinculorum de Verbor. ſignific. Magiſtratus autem ex qualibet leviſſima ſuſpicione, eum quem nocentem arbitrabitur, in carcerē detrudere poteſt. Bald. in l. nullus. C. de Exhib. reis. ¶ Accipitur etiam cuſtodia pro Carcere in l. ad Commentarienſem. C. de Cuſtod. reor. quoniam in illum rei, non pœnæ cauſa, ſed cuſtodiendi mittuntur. Sed & cuſtodia non rarò pro ipſo in carcerem conjecto uſurpatur.

Cuſtoditè, adverbium. [ πεφυλαγμένως. Gallice, *Sagement & ſe donnant garde.* Italicè, *Sagamente, con guardia.* Germanice, Behutſamlich. Hiſpanice, *Con mucha guarda.* Polon. *Oſtrożnie.* Vngar. *Őrizve.* Angl. *Wiſlie and warelie.*] Plin. Epiſtol. 11: Quàm ſtudioſè, quàm intelligenter lectitabat ſtut parcè, cuſtoditeque ludebat!

Cuſtoditio, Et opera ad aliquid cuſtodiendū ſumpta, φύλαξις.

Cuſtoditum, adj. Quod cum cuſtodia eſt. [ πεφυλαγμένον. Vng. *Őrzött.* Ang. *That is kept and ſaved.*] Incuſtoditum, Quod ſine cuſtodia eſt, ἀφύλακτον. Martial. Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper Liminibus peccas.

Cuſtodes à veteribus cuſtodia dicebatur. Feſtus.

Cutis, Pellis, ſive corium. [ עור *hor.* χρὼς, δέρμα. Gallice, *Peau.* Italice, *Cotenna, pelle, cuoio.* German. Ein haut oder fäl. Belg. Du huyt vel. Hiſpan. *Cuero ò pelleja ſutil.* Polon. *Skora.* Vng. *Bőr.* Ang. *The ſkinne, a thinne rinde.*] Plinius libro 11. cap. 39: Ergo cum ipſa ſenſu caret, maximè in capite, ubicunque per ſe, ac ſine carne eſt vulnerata non coit, ut in bucca, cilioq;. Plancus ad Cicer. lib. 10: Sed non poſſum non exhorreſcere, ſiquid intra cutem ſubeſt vulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curarique poſſit. Iuven. Satyr. 6: Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet. ¶ Ad cutem uſque radere, ξυρεῖν ἐν χρῷ, dicebatur qui nimium exactè videbatur agere cum aliquo. ¶ Intùs & in cute notus & modis omnibus cognitus. Perſius.

Cuticula, diminutivum. [ δερμάτιον. Gall. *Petite peau.* Ital. *Pelle picciola.* Germ. Ein häutle oder fälle. Hiſp. *Pequeña pelleja.* Pol. *Skorka.* Vng. *Bőrőcske.* Ang. *A litle or thinne ſkinne.*] Iuven. Sat. 11: Noſtra bibat vernum contracta cuticula ſolem. Perſ. - & aſſiduo curata cuticula ſole.

Cuticularis, [ δερματικοῖς. Vngar. *Bőri.*] ut pori: id eſt, cuticularis meatus Plinio: inviſibilia foramina Celſo, Caulæ Lucretio multis locis.

C ante Y

Cyamea, f. p. κυαμέα, Gemma quæ fracta, fabæ ſimilitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11: Cyamea nigra eſt, ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinem parit.

Cyamos, κύαμος, Herba eſt Aegypto peculiaris, latiſſimis foliis, quæ & Colocaſia dicitur: & Faba Alexandrina. Plinius libro 21. cap. 15: In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon vocant aliqui. Vide plura in dictionibus COLOCASIA & CIBOTIVM.

Cyamus, m. f. [ κύαμος. Polon. *Szczodrzeńca, albo roſtmielegroch.* Vngar. *Bab.*] Faba genus leguminis, à cujus eſu Pythagoram religioſiſſimè ferunt abſtinuiſſe.

Cyane, κυάνη, Nympha Sicula fuit, quæ in fontem ſui nominis converſa fertur, cujus transformationem deſcribit Ovidius libro 5. Metamorph. Corripit autem hoc nomen tàm penultimam, quàm primam ſyllabam. Ovid. lib. 5. Metamorph. Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas. Et paulò pòſt: Venit & ad Cyanen. Nimis fœdè itaque lapſi ſunt qui mediam indifferentem eſſe affirmant, freti corrupta Ovidii autoritate lib. 9. Metamorph. Vbi ſic legunt: Cognita Cyane præſtanti corpore nympha. Ibi enim germana lectio non habet Cyane, ſed Cyanee per quatuor ſyllabas. Neque ibi Poëta de Cyane Siciliæ nympha loquitur, ſed de Cyanee Mæandri fluminis filia, quæ à Mileto compreſſa, Caunum & Byblida genuit. ¶ Fuit præterea Cyane quædam puella Syracuſana, quæ à patre in tenebris vim paſſa, cùm poſtea ex anulo cognitum capillis ad aram pertraxit, illumque primum, deinde ſeipſam interfecit. Vide latius infrà in dictione CYANIPPVS.

Cyanos, κύανος, autore Plin. lib. 37. cap. 9: Gemma eſt ex jaſpidum genere, colore cæruleo, Vnde quibuſdam eadem eſſe creditur quæ hodie à Gallis, [ *Vne Turquoiſe*: ab Italis *Turchina* vocatur: à Germanis Ein turckis: ab Hiſpanis *Turqueſa*: à Polonis *Turkus.*] Alii hoc nomine Laſuli lapidem malunt ſignificari, qui contuſus in pulverem præſtantiſſimū pictoribus cærulei coloris genus ſuppeditat. Quorum opinio idcircò mihi veriſimilior videtur, quòd Plinius loco jam citato prodiderit, cyanum ſæpè aureo pulviſculo intermicare: quod in laſuli lapide frequenter uſuvenit, ut qui ferè in aurifodinis inveniatur: in ea verò gemma, quam vulgus *Turchinam* vocat, (nos cyanum eſſe credimus) id nunquam compertum eſt.

Cyaneus, adjectivum, idem ſignificat quod cæruleus, quòd ſcilicet cyani gemmæ colorem refert. [ κυάνεος. Gall. *Turquoin, de couleur perſe ou bleuë.* Ital. *Turchino.* Germanice, Blaw wie ein turckis. Hiſpanice, *De color de Turqueſa, turqueſado.* Polonice, *Bławatny, błękitny.* Vngar. *Kék, egſzinü.* Anglice, *Bright blewe.*] Varro: Cyanea penula amictus graſſatur. Cyanos etiam flos eſt cærulei coloris in ſegetibus naſcens, quem Galli, teſte Ruellio, *Blaveolum* appellant. Plinius libro 21. capite 11: In Italia violis ſuccedit roſa, huic intervenit lilium, roſam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyathus, m. ſ. [ ספל *ſephel.* κύαθος. Gall. *Vn petit vaiſſeau à boire comme un gobelet.* Ital. *Bicchiere.* German. Ein becher. Hiſp. *Vaſo para beuer.* Polon. *Kubek.* Vngar. *Pohár.* Anglice, *A cuppe, a goblet.*] Calicis genus à χέειν, quod eſt fundere, dictum mutatione literæ aſpiratæ in tenuem. Succeſſit autem in ſimplici locum in conviviis, ut docet Varro. Plinius: Potui verò aqua pluvialis decocta, ſed quæ per binos ternòſve cyathos bibatur. Iuvenal. Satyr. 5: Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico. ¶ Inde tranſlatus eſt ad menſuram, quorum duodecim ſextarium complent. ¶ Ad cyathum ſtare, vel à cyathis eſſe, κυαθίζειν, dicebatur οἰνοχόος, qui potus menſuram Cyathis (id quod antiqui ſolebant) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit, alii pincernam. Plinius libro 22. ſcribit Cyathum per ſe pendere drachmas decem. ¶ Cyathus etiam fluvii nomen eſt in Aetolia, ad Arſinoën, apud Polybium, ut notat Cœlius Rhodig. Antiq. lect. lib. 15.

Cyathiſſo, as, act. p. Potum ſubminiſtro. [ κυαθίζω. Gall. *Verſer à boire dans un gobelet.* Ital. *Porger da bere.* Germ. Auß einem becher zu trincken bieten / oder einſchencken. Hiſp. *Dar à beuer.* Pol. *Nalewam w kubek, przypijam.* Vng. *Töltöc pohárral kénálom.* Ang. *To powre drink out into a goblet.*] Plautus: Non ſcis quis ego ſim, qui tibi ſæpiſſimè cyathiſſo, apud nos quando potas.

Cybiſteres, m. t. κυβιστῆρες, Vrinatores dici poſſunt, qui τὰς κυβιστήσεις: hoc eſt, aquarū gurgites ſubeunt. [ Germ. Taucher / oder die da tauffſprüng thun. Pol. *Nurkowie.* Vng. *Buvárok.* Ang. *Dowkers.*] Quo nomine & ſaltatores quidam appellati ſunt, qui in caput convolvi, manibus pedibuſque adductis didicerant, à cubond eſt, teſſera, verbo deducto, qui quum in alveolum jacitur, hoc modo convolvitur. Vnde

Cybiſtema, neutri generis, t. Illud genus ſaltationis & exercitii dicitur, à Luciano in cap. de gymnaſiis. Bud. in Annot.

Cybium, n. ſ. κύβιον, Piſcis genus, quod ita ſciſſum eſt, ut mediū æquè pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum. Plin. libro 32: Cybium eſt conciſa pelami. Martial. lib. 5: Diviſis cybium latebat ovis. Idem lib. 11: Et caudam cybii, breveſque mænas. & paulò pòſt: Et duo fruſta rogat cybii, tenuémve lacertum. ¶ Cybium ſcribit Bud. etiam appellari illud vas à Græcis, quod Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione quæ ſuperiùs poſita eſt in Cybio piſce.

Cychramus, Avis quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præſtat. Plin. libr. 10. cap. 23: Semperque hinc abeuntes, coturnices comitatum ſolicitant: abeuntque unà per ſua ſigna glottis, otis & cychramus.

Cyclaminus fœm. gen. & cyclaminū neutrius. [ κυκλάμινος. Germanice. Ein kraut / Schweinbrot genannt. Gall. *Pain de pourceau.* Ital. *Pan porcino, ciclamino.* German. Erdtſcheib. Hiſpan. *Pan de puerco.* Polon. *Chleb świny.* Vngar. *Porc ſu.*] Herba eſt quam noſtri ætatis ruſtici *Panem porcinum* vocant, quòd ejus pabulum porcis in primis jucundum eſſe, bubulci experiantur. De hac Plinius libro 21. cap. 9: In vepribus, *inquit*, naſcitur cyclaminum, de quo plura aliâs. Flos ejus coloſſinus in coronas admittitur.

Cyclas, adis, f. t. [ מעטפת *mahataphath*, κυκλάς. Ger. Ein langer Frawen mantel mit einem langen ſchwantz / oder ein rund kleid wie ein underrock. Vng. *Szoknya, ſzoknya.* Ang. *A kirtle.*] Veſtis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλος, circulum, & κυκλόω circundo dicunt. Iuvenal. Hæ ſunt, qui tenui ſudant ex cyclade. Proper. - & cyclade longa Verrit humū. Videtur aūt eſſe veſtis tenuiſſima, explica-